QVAESTIONES METRICAE.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

CONSENSV ET AVCTORITATE

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

GVSTAVVS BEHRENS

BIRCOFELDENSIS.

GOTTINGAE

OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT

MCMIX.

1909

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulerunt
F. Leo et P. Wendland.

Examen rigorosum habitum est a. d. VI. Kal. Nov. MCMIX.

De glyconeorum similiumque versuum Aeolicorum natura scriptores metrici dissentiunt et veteres et recentes. Utrorumque autem rationes nunc reponimus, nam si quoddam versuum genus perquirere vis, primum ex poetis ipsis discendum est, quibus legibus et licentiis in versibus componendis usi sint. Quae ut, quantum ad glyconeos attinet, paulo accuratius quam adhuc factum est indagentur, opera danda videtur versuum antistrophicorum responsioni observandae. Vetustissima vero glyconeorum exempla, quae poesis Aeolica praebet, neque multa sunt neque graviores licentias exhibent, quas lex syllabas dinumerandi impediverit. Multo maioris pretii exempla sunt, quae in Atticarum fabularum carminibus inveniuntur, imprimis Euripidis, qui glyconeorum polyschematistorum et variis formis usus sit permultis et responsionis antistrophicae licentiis. Quibus licentiis congestis [1]) et, si facere possumus, explicatis [2]) versuum Aeolicorum naturam paulo accuratius illustratum iri putamus.

---

1) De eadem re egerunt (ut scriptores rei metricae omittam):
Geppert, de versu glyc. Berlin 1834.
Selckmann, de vers. glyc. Berlin 1834.
Weissenborn, de vers. glyc. Leipzig 1840/41.
Christ, Sitz.-Ber. d. bayr. Acad. 1869.

2) Quam rem optime auxit Wilamowitz, Sitz.-Ber. d. Berliner Akad. 1902.

I.

Per triginta fere annos qua ratione Euripides carmina fabularum composuerit, aliqua ex parte cognosci potest. Quo in spatio eum responsionem antistrophicam varie tractavisse quis miretur? Atque ita esse index ipse responsionum memorabilium (infra adiunctus) docet. Plurimas autem licentias Electra, Iphigenia Taurica, Helena i. e. fabulae annorum fere 414—412 prae se ferunt. Neque vero accuratior responsio eo tempore desinit, quo liberius tractata incipit, sed aliquamdiu et haec et illa usitata est, ita ut in eadem fabula utraque ratio inveniatur. Ut in Hercule: carmina, quae a versibus 348 et 380 incipiunt, minimas responsionis licentias praebent. Neque aliter res se habet in carmine v. 637 sq. At responsio versuum 673—686 = 687—700, quae strophae cum antecedentibus artissime cohaerent, liberius tractata est. Idem Electrae carmina, quae mox tractabuntur, nos docent: prima stropha (a versu 112 incipiens) nisi baseos trochaicae et spondiacae responsionis licentia utitur nulla (ergo turbata versuum 116 et 131 responsio ita corrigenda est, ut versus ad syllabam congruant). In utrisque autem strophis quae sequuntur responsio multo laxior est.

II.

Si responsio tam accurata est, ut stropha cum antistropha consentiat ad syllabam, basis glyconei saepe spondiaca est, ut Anacreontis glyconei compositi sunt omnes. Quales versus etiam in fabulis Euripidis inveniuntur ut in Cresphontis fragmento 453 (Nauck):

Εἰρήνα βαθύπλουτε καὶ
καλλίστα μακάρων θεῶν
ζῆλός μοι σέθεν, ὡς χρονίζεις

antistropha:

τὰν δ' ἐχθρὰν στάσιν εἶργ' ἀπ' οἴ-
κων τὰν μαινομέναν τ' ἔριν
θηκτῷ τερπομέναν σιδάρῳ.

Vel strophae, quae in Heraclidis (una cum Cresphonte actis?) inde a versu 353 legitur, altera pars ex glyconeis composita:

μήπω ταῖς μεγάλαισιν οὕ-
τω καὶ καλλιχόροις Ἀθά-
ναις εἴη· σὺ δ' ἄφρων ὅ τ' Ἄρ-
[γει Σθενέλου τύραννος·]

antistropha:

ἕλκεις, οὐ βασιλεῦσιν εἴ-
ξας, οὐκ ἄλλο δίκαιον εἰ-
πών. ποῦ ταῦτα καλῶς ἂν εἴ-
[η παρά γ' εὖ φρονοῦσιν;]

Pherecratei et priapea, quorum basis semper spondeus est, in Herculis versibus 359—63 = 75—79 leguntur:

πρῶτον μὲν Διὸς ἄλσος
ἠρήμωσε λέοντος,
πυρσῷ δ' ἀμφεκαλύφθη
ξανθὸν κρᾶτ' ἐπινωτίσας
δεινῷ χάσματι θηρός.

antistropha:

τάν τε χρυσοκάρανον
δόρκαν ποικιλόνωτον
συλήτειραν ἀγρωστᾶν
κτείνας, θηροφόνον θεὰν
Οἰνωᾶτιν ἀγάλλλει.

Lenissimam responsionis licentiam ostendunt ii versus, in quibus trochaicae baseos et spondiacae responsio neque ulla altera permittitur [1]). Quales sunt Andromachae versus 501 sequ. (Andromachae et Molotti carmen amoebaeum, quod mortem utrique imminentem queritur.) Complurium autem syllabarum discrepantia cum in

1) Sapphonis papyri I Berolinensis (Berliner Klassiker-Texte V 2) stropha illam tantum responsionem exhibet, cum in papyri II stropha non solum variae baseos formae (cf. pag. 30), sed etiam glyconeus et dimeter choriambicus respondeant (cf. pag. 47).

basi glyconei similiumque versuum tum in priore dimetri choriambici metro invenitur. Accedit variorum metrorum responsio, quae imprimis in choriambis et iambis demonstrari potest. Extrema denique licentia usus est poeta, qui diversa cola, quae idem valeant, inter se respondere iussit.

III.

Egregium variarum licentiarum exemplum Iphigeniae Tauricae versuum 1089—1105 et 1106—1122 responsio praebet (lamentatio est chori, Graecarum captivarum, quae desiderio patriae et praesentis miseriae dolore commotae sunt):

1089 — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — 1106 — — — ⏑⏑ — ⏑ ⏑⏑ cf. pag. 18 sequ.
90 ⏓ — — ⏑⏑ — ⏑ — 07 — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ —
91 = 1108: ⏑⏑⏑ — ⏑⏑ — —

092 — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ ⏓ 09 ⏑̄ ⏑⏑ — — — ⏑⏑ — cf. c. XXII.
93 = 1110 ⏑⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — — —
= 1111 ⏑ — — ⏑⏑ — ⏑ —
95 = 1112 — — — ⏑⏑ — ⏓

1096 ⏑ — — — — ⏑⏑ — 1113 — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — cf. c. XIX.
97 ⏑ — — ⏑ — ⏑⏑ — 14 ⏑ — — ⏑⏑ — ⏑ — cf. c. XIX.
98 = 1115 — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ —
99 — — — ⏑ — ⏑⏑ — 16 — — — — ⏑⏑ —
1100 = 1117 — — — ⏑⏑ —

1101 — — — ⏑ ⏑⏑̄ ⏑⏑ — 18 — — — ⏑ — ⏑⏑ — cf. pag. 7; 35.
02 = 1119 — — — — — ⏑⏑ —
03 — — — — — ⏑⏑ — 20 ⏑⏑ — — — — ⏑⏑ — cf. pag. 46.
04 = 1121 ⏑⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ —
05 = 1122 — — — ⏑⏑ — —

carmen ex tribus periodis constat, quarum ultima bipartita est. Ita totius carminis forma fit: a b c c. Haec aequabilitas compositionis si revera inest in carmine,

dimeter choriambicus ἀκέφαλος (1100 = 1117) et pherecrateus (1105 = 1122) idem valere debent. Qua de re nemo dubitare potest, cum illorum versuum responsionem antistrophicam viderit in Iphigeniae Aulidensis versibus 1044 = 1066:

Πηλέως ἐς γάμον ἦλθον
Χείρων ἐξωνόμασεν (cf. c. XXII). —

In v. 1109: ὀλομένων ἐν ναυσὶν ἔβαν aliam fortasse formam dimetri choriambici esse vis, quae glyconeo cum basi dactylica respondeat (cf. Hippolyti v. 738 = 748:

[σταλάσ]σουσιν ἐς οἶδμα πατρὸς τάλαι[ναι]
[χέον]ται Ζηνὸς μελάθρων παρὰ κοί[ταις]).

Sed si οὐλομένων L² (reddimus codicum signa, quibus Murray in editione usus est) reponitur (cf. W. Schulze, quaest. ep. p. 195) responsio fit:

— ᴗ ᴗ — ᴗ ᴗ — ᴗ —
— ᴗ ᴗ — — — ᴗ ᴗ —   cf. c. XXII.

In v. 1101 ἱρόν (L²) legi potest[1]; ergo nihil constat de arsi dimetri choriambici soluta.

IV.

Electrae in carmine primo (112—212) licentiae responsionis tantae sunt, ut Vahlen (op. acad. I p. 371) de v. 112 sequ. dixerit: „quae in his versibus non recte scripta esse antistrophicorum ratio indicium facit, velut v. 116, nec certo restitui possunt et a cogitationum tenore seiuncta sunt". Radermacher autem (Goett. gel. Anz. 1899) inde a v. 140 omnino responsionem esse negavit. Compositio trita quidem non est: v. 112—124 = 127—139; μεσῳδός duorum versuum inserta est (125/6); 140—149 = 157—166; septem versus 150—156 efficiunt

---

1) ἱερός bisyllabum legi debet in Hypsipylae fragmento nuper edito (Ox. pap. VI): str. β′ v. 9: ἱερὸν δέρος, ὁ περὶ δρυός
cf. Hippol. 146: [Δί]κτυναν ἀμπλακίαις ἀνίε[ρος]
Troad. 1065: [κα]πνὸν καὶ Πέργαμον ἱεράν).

μεσῳδόν. Quae carmina θρῆνοι sunt Electrae. Deinde πάροδος chori fit, a qua incipiamus:

v. 167—174 = 190—197 canit chorus

v. 175—189 = 198—212 Electrae sunt.

Quorum versuum summa est haec:

167—174: chorus Electram certiorem facit de die Herae sollemni, quem Argivae acturae sint.

175—189: Electra animi affectionem ad dies festos agendos inclinare negat, id quod et crines et vestimenta declarent.

190—197: Chorus Electram admonet, ut pie deam colat, quae eam tueri possit. Vestimenta autem et ornamenta non invitam se utenda praebere dicit.

v. 198—212: Electra se suosque a dis neglectos esse dicit: patrem occisum esse, fratrem exsulare, ipsam opulentissima patris domu carere, quam nunc mater una cum adultero habitet.

Carminis verba sunt haec:

167: Ἀγαμέμνονος ὦ κόρα, ἤλυθον, Ἠλέκτρα,
168: ποτὶ σὰν ἀγρότειραν αὐλάν.
169: ἔμολέ τις ἔμολεν
γαλακτοπότας ἀνὴρ
170: Μυκηναῖος οὐριβάτας·
171: ἀγγέλλει δ' ὅτι νῦν τριταί-
172: αν καρύσσουσιν θυσίαν
173: Ἀργεῖοι, πᾶσαι δὲ παρ' Ἥ-
174: ραν μέλλουσιν παρθενικαὶ στείχειν.

175: οὐκ ἐπ' ἀγλαΐαις, φίλαι,
176: θυμὸν οὐδ' ἐπὶ χρυσέοις
177: ὅρμοις ἐκπεπόταμαι
178: τάλαιν', οὐδ' ἱστᾶσα χοροὺς
179: Ἀργείαις ἅμα νύμφαις
180: εἱλικτὸν κρούσω πόδ' ἐμόν.
181/2: δάκρυσι νυχεύω, δακρύων δέ μοι μέλει
183: δειλαίᾳ τὸ κατ' ἦμαρ.

184: σκέψαι μου πιναρὰν κόμαν
185: καὶ τρύχη τάδ' ἐμῶν πέπλων,
186: εἰ πρέποντ' Ἀγαμέμνονος
187: κούρᾳ ʼσται βασιλείᾳ
188: τᾷ Τροίᾳ θ' ἃ 'μοῦ πατέρος
189: μέμναταί ποθ' ἁλοῦσα.

190: μεγάλα θεός· ἀλλ' ἴθι καὶ παρ' ἐμοῦ χρῆσαι
191: πολύπηνα φάρεα δῦναι
192: χρύσεά τε χαρίσαι
προσθήματ' ἀγλαΐας.
193: δοκεῖς τοῖσι σοῖς δακρύοις
194: μὴ τιμῶσα θεοὺς κρατή-
195: σειν ἐχθρῶν; οὔτοι στοναχαῖς,
196: ἀλλ' εὐχαῖσι θεοὺς σεβί-
197: ζουσ' ἕξεις εὐαμερίαν, ὦ παῖ.

198: οὐδεὶς θεῶν ἐνοπᾶς κλύει
199: τᾶς δυσδαίμονος, οὐ παλαι-
200: ῶν πατρὸς σφαγιασμῶν.
201: οἴμοι τοῦ καταφθιμένου
202: τοῦ τε ζῶντος ἀλάτα,
203: ὅς που γᾶν ἄλλαν κατέχει,
204/5: μέλεος ἀλαίνων ποτὶ θῆσσαν ἑστίαν,
206: τοῦ κλεινοῦ πατρὸς ἐκφύς.
207: αὐτὰ δ' ἐν χερνῆσι δόμοις
208: ναίω ψυχὰν τακομένα
209: δωμάτων πατρίων φυγάς,
210: οὐρείας ἀν' ἐρίπνας.
211: μάτηρ δ' ἐν λέκτροις φονίοις
212: ἄλλῳ σύγγαμος οἰκεῖ.

Editores Euripidis et metrici scriptores carmen a glyconeo (cum basi pyrrhichiaca) incipere iubent, ita ut post κόρα (167) et ἴθι (190) versus finiatur, cuius rei signa hiatus (167) et syllaba anceps (190) sint. Ita minima περίοδος fit. Sed quid vetat nos versum continuare?

Hiatus (vel potius συστολή) in versu 167 is est, qui persaepe in dactylis inveniatur et in aliis numeris ab Euripide in vetustioribus tantum fabulis usurpatus sit (cf. Wilamowitz, Her. I², 144): vocalis longa in fine verbi posita corripitur, si proximum verbum a vocali incipit, qua re semper duas syllabas breves continuas (vel in thesi positas vel arseos solutae) effici doctrina metrica postulat [1]). Versus igitur hanc formam exhibet 167 = 190:

⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑———

(anapaesti in spondeum exeuntes vel archebuleion, cuius thesis paenultima suppressa est).

v. 168: ⏑⏑—⏑⏑— ⏑ ——
v. 191: ⏑⏑— ⏑ —⏑⏑——.

In v. 168 codices praebent: ἀγροτέραν, altera autem manus Laurentiani et Plutarchus: ἀγρότειραν (cf. ἀγροτήρ in v. 463), quae integra lectio est. De responsione [2]) cf. c. XXII.

v. 169a: ⏑⏑⏑ ⏑⏑⏑—
v. 192a: —⏑⏑ ⏑⏑⏑—.

De dochmii formis, quae altera alteri respondere possunt, egit Seidler, de v. dochm. p. 181 sequ.

v. 169 b: ⏑—⏑⏑—⏑—
v. 192 b: ——⏑—⏑⏑—

---

1) Cf. Kuehner-Blass, Griech. Gr. I, p. 196; Kaibel, El. p. 97. 147; Wilamowitz, Tim. Pers. p. 37. 38; Clapp, on correption in hiatus (Class. Philol. 1906) et: Hiatus in Greek melic poetry (University of California publications, classical philology, vol. I. Berkley 1904).

2) Hartung verbis ἀγρότειραν αὐλάν transpositis accuratiorem responsionem perfecit. Sed de hac emendandi ratione Seidler (de v. dochm. p. 109) recte dixisse mihi videtur: „cavendum est, ne syllabarum responsionem nimis sectando in angustiores, quam par est, limites priscos poetas compellamus. Idque eo magis, quam raro locus tam sit molestus et tractatu difficilis, quin aliquam, audaci maxime calamo, aut demendi aliquid aut adiciendi viam relinquat".

glyconeo ἀκεφάλῳ respondet dimeter choriambicus ἀκέφαλος, cuius responsionis exempla alia c. XXII enumerabo:

v. 170 }
v. 193 } ∪ — — ∪ — ∪ ∪ —

Forma οὐριβάται in Phaetontis fragm. 773 v. 27 invenitur (et in Arist. Av. v. 276); cf. Hec. 204: οὐρίθρεπτος. Forma ὀρειβάτας scripta glyconei et dimetri choriambici fit responsio (cuius exempla pag. 49 sequ. congesta sunt); cf. Troad. 436: ὀρειβάτας; Herc. 364: ὀρεινόμον (Kühner-Blaß, Griech. Gr. § 338. 9).

v. 171 }
v. 194 } — — — ∪ ∪ — ∪ —
v. 172 }
v. 195 } — — — — — ∪ ∪ —
v. 173: — — — — — ∪ ∪ —
v. 196: — — — ∪ ∪ — ∪ —

De responsione cf. pag. 49 sequ.

v. 174 }
v. 197 } — — — — — ∪∪ — — —

Dimeter choriambicus, cui spondeus additus est, altero loco fortasse non invenitur. Arist. Lys. 323 = 337:

τε καὶ Κρίτυλλαν περιφυσήτω
φέροντας ὥσπερ βαλανεύσοντας

iambi ἀνακλώμενοι, nisi fallor, sunt. Puris autem iambis spondeum adiungi posse, Dindorf demonstravit (Metra Aesch. Soph. Eur. Arist. ad Oed. Reg. v. 1097). Euripidis vero Electrae v. 434 = 444:

πέμπουσαι χοροὺς μετὰ Νηρηίδων
μόχθους ἀσπιστὰς ἔφερον τευχέων

hoc in numero habendi sunt, si Νηρῄδων trisyllabum, τευχέων bisyllabum sunt. (Neque creticus dimetro choriambico adiunctus offendit: cf. Herc. v. 791: Μουσῶν Ἑλικωνιάδων δώματα = 808: Πλούτωνος δῶμα λιπὼν νέρτερον). Multo saepius glyconeus et spondeus conexi inveniuntur: Aesch. Suppl. v. 48 = 56; Soph. El. 123; Eur. Hipp. 130 = 140; Suppl. 957 = 965 (vel glyconeus et iambus: Ἀρ-

γείαις et Ἀργείοις cf. pag. 33 sequ.); Jonis v. 1060 = 1073; Iph. Taur. 1093 = 1110; glyconeus ἀκέφαλος et spondeus leguntur in Soph. Ai. 615; 1191 = 1198; Eur. Alc. 576 = 586 (glyconeus et tres syllabae longae leguntur in Jon. v. 1237: λεύσιμοι δὲ καταφθόραι δεσποίνᾳ). Utra in syllaba spondei accentus positus sit, ea exempla docent, in quibus spondeo iambus respondet:

Med. 159 = 183: — — — ⏑⏑ — ⏑ — ⏓ —
τάκου δυρομένα σὸν εὐνέταν
(sic Musgrave; codd. ὀδυρομένα)
πένθος γὰρ μεγάλως τόδ᾽ ὁρμᾶται

Bacch. 867 = 887: — — — ⏓ — ⏑⏑ — ⏓ —
ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς
αὔξοντας σὺν μαινομένᾳ δόξᾳ

Antig. 1116 = 1128: — ⏑ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏓ —
καὶ Διὸς βαρυβρεμέτα γένος
λιγνύς, ἔνθα Κωρύκιαι Νύμφαι.

Et in stropha et in antistropha iambus positus est: Med. 650 = 660: — ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ —
ἁμέραν τάνδ᾽ ἐξανύσασα· μό[χθων]
μὴ φίλους τιμᾶν καθαρᾶν ἀνοί[ξαντα]
(cf. Pind. P. VIII. str. 4, velut v. 24: θίγοισα νᾶσος· τελέαν δ᾽ἔχει).

V.

Altera strophae pars (v. 175—189 = 198—212), quam Electra canit, hanc formam exhibet:

v. 175 = 198: — ⏓ — ⏑ ⏑ — ⏑ —
176 = 199: — ⏓ — ⏑ ⏑ — ⏑ —
177 = 200: — — — ⏑ ⏑ — —
178 = 201: τάλαιν᾽ οὐδ᾽ ἱστᾶσα χορούς
(sic Reiske; codd. οὐδὲ στᾶσα)
οἴμοι τοῦ καταφθιμένου
⏑ — — — — ⏑ ⏑ —
— — — ⏑ — ⏑ ⏑ —
(De responsione conferas pag. 42)
179 = 202: — — — ⏑ ⏑ — —

v. 180 = 203: εἱλικτὸν κρούσω πόδ' ἐμόν
(sic Canter; codd. πόλεμον)
ὅς που γᾶν ἄλλαν κατέχει
— — — — — ⌣ ⌣ —

v. 181/2 = 204/5: δάκρυσι νυχεύω, δακρύων δέ μοι μέλει
(sic Hermann; codd. χεύω)
μέλεος ἀλαίνων ποτὶ Θῆσσαν ἑστίαν
⌣ ⌣⌣ ⌣ — — ⌣ ⌣ — ⌣ — ⌣ —

trim. iamb. acatal., cuius metrum alterum ἀνακλώμενον est.

v. 183 = 206: — — — ⌣ ⌣ — ⌣

v. 184 = 207: — — — ⌣ ⌣ — ⌣ — : — — — — — ⌣ ⌣ —

v. 185 = 208: — — — ⌣ ⌣ — ⌣ — : — — — — — — ⌣ ⌣ —

v. 186 = 209: εἰ πρέποντ' Ἀγαμέμνονος
(sic Reiske; codd. εἴπερ ποτ')
δωμάτων πατρίων φυγάς
(sic Bothe; codd. πατρῴων)
— ⌣ — ⌣ ⌣ — ⌣ ⌣

Multis locis πατρῷος in πάτριος corrigi debet: Alc. 249; Med. 431; Troad. 162; El. 1315; Bacch. 1368; Orest 842 (si Wilamowitzium sequimur, qui versum ita interpretatus est: ⌣ ⌣ ⌣ ⌣ ⌣ ⌣ | — ⌣ ⌣ ⌣⌣ dim. chor.).

v. 187 = 210: κούρᾳ ἔσται βασιλείᾳ
(sic Nauck; codd. κούρας τά vel τᾶ)
οὐρείας ἀν' ἐρίπνας
(sic Musgrave; codd. οὐρ. ναίουσ' ἐρ.)

v. 210: dimeter choriambicus in codicibus legitur, cuius metrum optimum est. Sed ναίουσ' vix integrum esse potest, quia in v. 208 ναίω scriptum est. (Itaque lenissima versus 187 correctura „βασιληΐᾳ", quae optimam glyconei et dimetri choriambici responsionem efficit, improbanda est).

v. 188 = 211: — — — — — — ⌣ ⌣ — (in v. 211 Barnes corr. φονίοις ex φόνιος).

v. 189 = 212: — — — ⌣ ⌣ — —

Si totum carmen animo comprehendimus, priorem partem (chori) tres periodos exhibere videmus:

I anapaesti in spondeum exeuntes et enoplios
II dochmius et glyconeus[1]) ἀκέφαλος
III quinque glyconei et spondeus.

Posterioris partis periodos secernit catalexis vel syllaba anceps:

I 3 glyconei, ultimus catalecticus
II 2 glyconei, alter catalecticus
III glyconeus et trimeter iambicus et pherecrateus
IV 3 glyconei (syllaba ancipiti finiti)
V pherecrateus
VI 2 glyconei, alter catalecticus.

Probabilior vero (quinque periodos continens) compositio fieret, si v. 187 = 210 glyconei essent (qui βασιληΐᾳ (187) scripto efficiuntur). Sed ναίουσ' (210) corruptum esse nemo neget. Itaque metrica quoque offensio versui 210 inesse videtur. Neque ulla ratio est stropham metri causa corrigi (βασιληΐᾳ ex βασιλείᾳ), sententiae causa antistropham (ναίουσ' in νέμουσ'?).

VI.

Quae carmina, priusquam chorus advenit, Electra hydriam aqua repletam in capite gerens, dum domum redire properat, canit a condicione sua argumento petito (Vahlen, l. l. pag. 370), ita composita sunt:

v. 112—139: stropha I mesodos I antistropha I
v. 140—166: „ II „ II „ II.

Stropha I et antistropha I ab isdem ad verbum versibus tribus incipiunt, eo more, qui saepius in carminum fine locum habet[2]): Jon. v. 125 = 141: ὦ Παιὰν ὦ Παιὰν εὐαίων εὐαίων εἴης, ὦ Λατοῦς παῖ. Bacch. 877 = 897: τί τὸ σοφὸν ἢ τί τὸ κάλλιον | παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς | ἢ χεῖρ' ὑπὲρ κορυφᾶς | τῶν ἐχθρῶν κρείσσω κατέχειν; | ὅτι καλὸν φίλον ἀεί. Bacch. 992 = 1012: ἴτω δίκα φανερός, ἴτω ξιφη-

1) glyconeo significatur hac in enumeratione et glyconeus germanus et dimeter choriambicus.

2) cf. G. Jacob, Diss. Berol. 1866; pag. 15 sequ.

φόρος | φονεύουσα λαιμῶν διαμπὰξ | τὸν ἄθεον ἄνομον ἄδικον Ἐχίονος | τόκον γηγενῆ. Aesch. saepe, ut Agam. 1489 = 1513: ἰὼ ἰὼ βασιλεῦ βασιλεῦ κτλ. Agam. 121 = 139 = 159 (in strophae antistrophae epodi fine): αἴλινον αἴλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω. cf. Pind. paean. II epodorum in fine: ἰήιε Παιὰν κτλ.

Stropha I aliam structuram internam exhibet, atque supra in Iphig. Taur. v. 1089 sequ. invenimus:

προῳδός
I 2 glyconei, spondeus
II 3 glyconei, catalexi finiti
III glyconeus, colon: „edite regibus" (dochmii forma)
VI 3 glyconei, catalexi finiti.

Forma igitur compositionis est: [πρ.] a b c b.

(Similes et diversae formae infra in app. II enumerabuntur). —

His in strophis responsio paene ad syllabam fit. Nam una tantum et lenissima licentia responsionis invenitur: trochaica glyconei basis respondet spondiacae in v. 122: ὦ πάτερ, σὺ δ' ἐν Ἀΐδα = 137: ὦ Ζεῦ Ζεῦ, πατρί θ' αἱμάτων.

Versuum autem 116 et 131 responsio turbata est:

κούρα καί μ' ἔτεκεν Κλυταιμήστρα
τλᾶμον σύγγονε, λατρεύεις

— — — ∪ ∪ — ∪ — — —
— — — ∪ ∪ — — —

In v. 116 κούρα inter ἐγενόμαν (115) et ἔτεκεν (116) mirum est neque, si omissum esset, desideraretur. Quod si κούρα deletum est (ex versu proximo facillime irrepere potuit), responsio integra est minime (Wilamowitz praeterea transposuit: κἄτεκέν με Κλυταιμήστρα), quam accuratissimam fuisse tota stropha docet[1]). Ergo probabilius

---

1) — ∪ ∪ — ∪ — — — et — — — ∪ ∪ — — — in versibus antistrophicis idem valere persuasum mihi non est, priusquam alia Euripidis exempla, quae ultimas theses puras praebere possunt, reperta sunt. (Aristophanis vesp. 531 = 636

μὴ κατὰ τὸν νεανίαν
ὡς δὲ πάντ' ἐπελήλυθεν

esse mihi videtur corruptelam in v. 131 latere: ante λατρεύεις duas syllabas excidisse, longam et brevem. Inde fit et in stropha et in antistropha glyconeus, cui spondeus annexus est (de quo metro supra pag. 11 digessimus). Quae autem verba in lacuna scripta fuerint nescio. Exempli causa affero: τλᾶμον σύγγονέ⟨μου, σὺ⟩ λατρεύεις. —

In v. 120 altera manus codicis L recte scripsit:

φεῦ φεῦ ⟨τῶν⟩ σχετλίων πόνων.

Facillime „τῶν" omitti potuit, quippe quod compendio scribi soleret. — Lenissima versus 121 correctura ζόας ex ζωᾶς uti libebit, quia totius carminis responsio accuratissima est. —

VII.

μεσῳδός, ut versus 125, 126 et in proximis strophis 150—156 nominari solent, etiam alio loco invenitur: Cyclopis v. 49—54 ut mesodos inter stropham et antistropham inserti sunt. Huic praeterea ἐπῳδός annexa est. Eandem formam „str. mes. ant. ep." (vel a b a c) praebent Sophoclis Philoct. v. 827 sequ. (mesodos ex quattuor hexametris dactylicis (v. 839—42), epodos ex versibus 855—864 constat). Aristophanis Thesm. v. 1143, 1144 (duo dimetri bacchiaci) inter stropham et antistropham iniecti sunt, quibus proodos (v. 1136—1139) antecedit. Ita forma fit: a b c b. — In Aristophanis vesp. 874 post stropham legitur: ἰήιε Παιάν. — (cf. formam: a a b c c vel str. I; ant. I; epod.; str. II; ant. II. ut in Phoen. v. 202—260). —

Eur. El. v. 125: ἴθι τὸν αὐτὸν ἔγειρε γόον ⏑⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑⏑ glyconeus est, qui tribrachyn in basi et ultimam arsim solutam exhibet. Hoc nisi in eo versu, qui cum proximo συναφείᾳ (de qua in appendice I agetur) cohaeret, fieri non potest. Alia exempla sunt (quorum pleraque basim

---

ad Euripidis artem nullius momenti sunt). Quattuor vero syllabas post choriambum positas esse per se dubitationem affert nullam (cf. c. XXXII).

tribrachicam praebent, ut Timothei quoque Persarum v. 114: ἅμα δὲ γᾶν πατρίαν ἐπανε[καλεῦντο]):

Euripidis Suppl. v. 971: ὑπολελειμμένα μοι δάκρυα

⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑

Bacch. 910: τὸ δὲ κατ' ἦμαρ ὅτῳ βίοτος

⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑

Iph. Aul. 573: ἔμολες ὦ Πάρις ἦτε σύγε

⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑

Iph. Aul. 579: εὔθηλοι δὲ τρέφοντο βόες

— — — ⏑⏑ — ⏑ ⏑⏑

Iph. Aul. 1087: παρὰ δὲ ματέρι νυμφοκόμον

⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑

In carminibus antistrophicis vel alter vel uterque versus ultimam arsim solutam habet: Et in stropha et in antistropha soluta est:

Hippol. 146 = 156: — ⏑̄ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑

[Δί]κτυναν ἀμπλακίαις ἀνίε[ρος]

[Κρή]τας ἔξορμος ἀνὴρ λιμένα

(nisi ἀνίερος trisyllabum est, cf. pag. 7)

Helen. v. 1314 = 1332: ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑

μετὰ κοῦραι ἀελλόποδες

(sic Heath; codd. κουρᾶν δ')

πόλεων δ' ἀπέλειπε βίος.

Iph. Aul. 180 = 201: ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑

Πάρις ὁ βουκόλος ἂν ἔλαβε

παρὰ δὲ Μηριόνην, Ἄρεος

Hyps. str. β′ v. 18 (Oxyrt. pag. VI p. 35 sequ.):

⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑

ἐπὶ τὸ τᾶς κιθάρας ἔρυμα

. . . . πατέρος πατέρα.

Multo saepius arsis ultima vel in stropha vel in antistropha soluta est:

Hec. 453 = 464: — ⏓ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑

καλλίστων ὑδάτων πατέρα

[κού]ραισιν Ἀρτέμιδος θεᾶς

Proximus versus hic est: – ⏑̄ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑̄⏑̄ ⏑ – –

φασὶν Ἀπιδανὸν πεδία λιπαίνειν
χρυσέαν ἄμπυκα τόξα τ' εὐλογήσω

phalaeceum, cuius arsis paenultima soluta est in stropha. Atque si quis phalaeceum ex glyconeo et catalectico metro iambico ortum esse putat, etiam hunc versum glyconeorum, quorum arsis ultima soluta est, in numero habere debet. Idem phalaeceum legitur in Sophoclis Aj. v. 633 = 645: – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑̄⏑̄ ⏑ – ⏓

δοῦποι καὶ πολιᾶς ἀμύγματα χαίτας
δίων Αἰακιδᾶν ἄτερθε τοῦδε.

Una syllaba longior (id est glyconeus et metrum iambicum) est:

Jon. v. 122 = 138: ⏑ – ⏑⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ –

παναμέριος ἅμ' ἁλίου πτέρυγι θοᾷ
(sic Hermann; codd. ἡελίου)
τὸ δ' ὠφέλιμον ἐμοὶ πατέρος ὄνομα λέγω

trimetri videntur esse iambici, sed quia, quicumque versus antecedunt, glyconei sunt et pherecrateus insequitur, hunc quoque eiusdem generis versum esse verisimilius est: glyconeus (cuius arses post basim posita et in antistropha ultima solutae sunt) et metrum iambicum (cuius prior arsis soluta est). — Iterum una syllaba longior est Troad. v. 518 = 538: – – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑̄⏑̄ ⏑ – ⏑̄

Ἀργείων ὀλόμαν τάλαινα δοριάλωτος
(sic Musgrave; codd. ὀλοίμαν)
κλωστοῦ δ' ἀμφιβόλοις λίνοιο ναὸς ὡσεί.

Phalaecei arses et ultima et paenultima solutae sunt, nisi fallor, in Iphig. Aul. v. 210—212:

εἶδον αἰγιαλοῖσι παρά τε κροκάλαις – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ –

[δρόμον ἔχοντα σὺν ὅπλοις pherecrateus] (Aliter Wilamowitz interpretatus est („Chor. Dim." in: Sitz.-Ber. d. Berl. Ak. 1902 p. 867): glyconeus dochmius (qui syllaba ancipiti finitur) reizianum – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ | ⏑ – ⏑ ⏑ – –).

Ultima arsis soluta est in glyconeo, quocum metrum trochaicum συναφείᾳ cohaeret, apud Pindarum: Isthm. VIII: v. 25; 35; 45: —⏒—⏑⏑—⏑⏖[—⏑—⏒]

σώφρονές τ' ἐγένοντο πινυτοί τε θυμόν
παύσατε· βροτέων δὲ λεχέων τυχοῖσα
νεῦσαν ἀθανάτοισιν ἐπέων δὲ καρπός

Arsis ultima integra est in v. 5; 15; 55; 65. Eadem arsis soluta invenitur, ut exemplum afferam, in Pyth. VI v. 12: στρατὸς ἀμείλιχος, οὔτ' ἄνεμος ἐς μυχούς

⏑⏑⏑—⏑⏒—⏑⏑⏑ | —⏑—

Sed redeamus ad Euripidem:

Iph. Aul. 1054 = 1076: ⏑⏑⏑—⏑⏑—⏑⏖

παρὰ δὲ λευκοφαῆ ψάμαθον
μακάριον τότε δαίμονες

Iph. Aul. 1055 = 1077 (glyc. ἀκέφαλος) ——⏑⏑—⏑⏖

εἱλισσόμεναι κύκλια
τᾶς εὐπάτριδος γάμον

Hyps. str. β' v. 9: (Ox. pap. VI p. 35 sequ.):

——⏑⏑⏖⏑⏖

ἱερὸν δέρος, ὁ περὶ δρυός
(ἱερόν bisyllabum est, cf. pag. 7).
τρισσοῖς ἔλιπεν κράτος

Eodem in numero thesis ultima anceps est, nisi fallor, in Herc. v. 794 = 811: ——⏑⏑⏖⏒⏖

Σπαρτῶν ἵνα γένος ἔφανε
ἃ νῦν ἐσορᾶν φαίνει

Fortasse Helenae v. 1115—1130 pariter interpretari licet:

———⏑⏑—⏒⏖

[ἀει]δούσᾳ δακρυόεντα πόνον
Αἰγαίαις τ' ἐνάλοις ἀκταῖς
(sic Musgrave; codd. ἐναλίοις)

(Si πότμον (Badham) et ἐνάλοισιν legeris, versuum forma haec est: ———⏑⏑—⏑—⏒).

Adiungere liceat Aristophanis exemplum:

Thesmoph. v. 1149 = 1156: —⏑⏑—⏑⏑—⏑⏖

πότνιαι ἄλσος ἐς ὑμέτερον
Θεσμοφόρᾳ πολυπότινα

(Utrum glyconeum esse, cuius basis dactylica esset, an Ibyci frg. I. colon: Ἦρι μὲν αἵ τε Κυδώνιαι dixeris, nostrae causae nihil interest). —

VIII.

Euripidis Electrae v. 126: ⏑⏑⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ –⏑–

ἄναγε πολύδακρυν ἀδονάν

glyconeus est, cuius basis tribrachica et arsis post basim posita soluta est. (Hac ratione versum interpretari debemus (non ⏑⏑⏑⏑⏑⏑ | ⏑–⏑–), quia alter mesodi versus glyconeus est et strophae, in quas mesodos inserta est, maximam partem ex glyconeis compositae sunt).

Qualis ubi versus alteri respondeat, cuius arsis non soluta sit, res perspicua sit; sed eiusmodi exemplum video nullum nisi Iph. Aul. 1056 = 1078: – – ⏑⏑ ⏑⏑ – – –

πεντήκοντα κόραι Νηρέως
Νηρηίδος ἔθεσαν πρώτας

Heathii correctura probabilis Νηρῄδων hoc quoque delet. —

Cetera exempla, quae per se hoc in numero haberi possunt, utrum habenda sint necne, proximi versus diiudicant plerumque: Medeae v. 211: δι᾽ ἅλα νύχιον ἐφ᾽ ἁλμυράν dimeter iambicus (⏑⏑⏑⏑⏑⏑ | ⏑–⏑–) videtur esse (ut v. 205: λιγυρὰ δ᾽ ἄχεα μογερὰ βοᾷ), etsi pherecrateus insequitur. —

Suppl. v. 978: δάκρυσι νοτερὸν ἀεὶ πέπλων ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑–⏑– glyconeus est, quia totius carminis versus Aeolici sunt. —

De Jonis v. 122 = 138: ⏑–⏑⏑⏑⏑–⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑– supra pag. 18 actum est.

Eiusdem fabulae versus 215 = 233 ita traditi sunt:

Μίμαντα πυρὶ καταιθαλοῖ
θεοῦ με γύαλα τάδ᾽ εἰσιδεῖν.

Neque vero glyconeus huius formae

⏑ ⏓ ⏑⏑⏑⏑–⏑– (θεοῦ monosyll.)

neque dimeter iambicus esse potest, cuius metrum prius in antistropha ἀνακλώμενον est,

⏑ — ⏑ ⏖ | ⏑ — ⏑ —
— ⏑ ⏑ ⏖ |

quia apud Euripidem neque responsio trochaei et iambi fit in basi glyconei (cf. pag. 28) neque choriambus metro iambico respondere potest (c. XXV). Itaque Hermann transposuit θεοῦ et με. Sed correctura opus est minime: Optimus dimeter iambicus et responsio optima fit, si ἐσιδεῖν scribimus: ⏑ — ⏑ ⏖ | ⏑ ⏖ ⏑ — (insequitur dimeter iambicus, cuius forma est: — ⏖ ⏑ — | ⏑ ⏖ ⏑ ⏖).

Jonis v. 497: στάδια χλοερὰ πρὸ Παλλάδος

⏑ ⏑ ⏑ ⏖ ⏑ ⏑ — ⏑ —

glyconeus videtur esse, nam dimetri choriambici antecedunt duo. —

In Phoen. v. 1560/1 legitur

αἰαῖ. — τί τάδε καταστένεις; — τέκνα. — δι᾽ ὀδύνας ἔβας.

Proximi versus (dactyli) indicium faciunt nullum. Fortasse haec interpretatio placebit:

glyconeus et dim. troch. catal. (cf. pag. 26):

— — ⏖ ⏑ ⏑ — ⏑ —

— ⏑ ⏖ ⏑ | — ⏑ —.

Neque vero minus probabilis haec est:

αἰαῖ; 2 iambi; dochmius. —

Iph. Aul. v. 781: ἁ δὲ Διὸς Ἑλένα κόρα glyconeum (— ⏑ ⏖ ⏑ ⏑ — ⏑ —) esse nemo negabit, cum dimeter choriambicus antecedat et pherecrateus insequatur. —

cf. Sophoclis Oed. Col. v. 186 = 205:

τέτροφεν ἄφιλον ἀποστυγεῖν
τίς ὁ πολύπονος ἄγει; τίν᾽ ἄν

⏑ ⏑ ⏑ ⏖ ⏑ ⏑ — ⏑ —

(antecedunt duo glyconei, insequitur clausula choriambica — ⏖ — ⏑ — —). —

IX.

Arsis post thesim bisyllabam glyconei posita multo saepius soluta est: Apud Euripidem:

Heracl. 770 = 777: ⏕ — — ⏑ ⏑ ⏗ ⏑ —
ἀλλ᾽, ὦ πότνια, σὸν γὰρ οὖ[δας]
ἐπεί σοι πολύθυτος ἀεί
(sic apogr. Paris.; codd. ἐπί σοι)

Hippol. 129 = 139: — ⏔ — ⏑ ⏑ ⏖ ⏑ —
[εὐ]αλίου κατέβαλεν· ὅθεν
[κρυ]πτῷ πένθει θανάτου θέλου[σαν]

El. 435 = 445: ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ ⏗ ⏑ —
ἵν᾽ ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελ[φίς]
(sic L[2]; codd. φιλάδελφος)
ἀνά τε Πήλιον ἀνά τε πρυ[μνάς]

El. 458 = 470: ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ ⏖ ⏑ —
περιδρόμῳ μὲν ἴτυος ἕδρα
ἐπὶ δὲ χρυσοτύπῳ κράνει
(codd. ἐπεὶ δὲ χρυσεοτ.)

El. 709 = 723: — — — ⏑ ⏑ ⏘ ⏑ —
[Μυκη]ναῖοι, στείχετε μακαρίων
[ἐκκομί]ζει πρὸς δώματα· νεόμενος δ᾽

(dimetros choriambicos — — — ⏑ | ⏘ ⏑ ⏑ — non esse proximi glyconei docent).

El. 732 = 742: — — — ⏑ ⏑ ⏖ ⏑ —
[ἐλαύ]νει θερμᾷ φλογὶ θεοπύρῳ
[βροτεί]ῳ θνατᾶς ἕνεκεν δίκας

Helenae v. 1301 = 1319: (⏑ — — ⏑ ⏑ ⏘ ⏑ —)
ὀρεία ποτὲ δρομάδι κώ[λῳ]
δρομαίους δ᾽ ὅτε πολυπλανή[των]
(sic Wilamowitz; codd. δρομαίων)

dimetri choriambici videntur esse,

⏑ — — ⏑ | ⏘ ⏑ ⏑ —

quia tales tantum versus sequuntur.

Helenae v. 1489 = 1506: — ⏔ — ⏑ ⏑ ⏖ ⏑ —
βᾶτε Πλειάδας ὑπὸ μέσας
(sic Stephanus; codd. πελειάδες)
δύσκλειαν δ᾽ ἀπὸ συγγόνου

Phoen. 206 = 218: ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ ⏖ ⏑ —
ἵν᾽ ὑπὸ δειράσι νιφοβόλοις
ὁμογενεῖς ἐπὶ Λαΐου

Phoen. 209 = 221: — — — ∪ ∪ ∪∪ ∪ —

[ἐλά]τᾳ πλεύσασα περιρρύτων

[χρυσοτεύ]κτοις Φοίβῳ λάτρις ἐγενόμαν

Phoen. 227 (inter glyconeos scriptus est):

δικόρυφον σέλας ὑπὲρ ἄκρων

∪ ∪ ∪ — ∪ ∪ ∪∪ ∪ —

Idem versus sunt

237: παρὰ μεσόμφαλα γύαλα Φοί[βου[

234: νιφόβολόν τ' ὄρος ἱερόν, εἱ[λίσσων]

(si ἱερόν bisyllabum est, exemplum deletur cf. pag. 7). -

Or. v. 831: τίς νόσος ἢ τίνα δάκρυα καὶ

utrum glyconeus — ∪ ∪ — ∪ ∪ ∪∪ ∪ — an dimeter choriambicus — ∪ ∪ — ∪ | ∪∪ ∪ ∪ — sit, nescio[1]). —

Iph. Aul. 165 = 186: ∪ ∪ ∪ — ∪ ∪ ∪∪ ∪ —

ψάμαθον Αὐλίδος ἐναλίας

[᾽Αρ]τέμιδος ἦλυθον ὀρομένα

(sic Canter; codd. ὀρωμέναν)

(proximi versus glyconei sunt)

Iph. Aul. v. 183 = 204: — — — ∪ ∪ ∪∪ ∪ —

Ἥρᾳ Παλλάδι τ' ἔριν ἔριν

Λαέρτα τόκον, ἅμα δὲ Νι[ρέα]

glyconei videntur esse, qui cum pherecrateis insequentibus συναφείᾳ coniuncti sunt, ut priapea fiant. Antecedunt vero dimetri choriambici.

Iph. Aul. v. 760 = 771: — — — ∪ ∪ ∪∪ ∪ —

κοσμηθεῖσαν, ὅταν θεοῦ

εἰς γᾶν Ἑλλάδα δοριπόνους

Iph. Aul. 1038 = 1060: — — — ∪ ∪ ∪∪ ∪ —

συρίγγων θ' ὑπὸ καλαμοεσ[σᾶν]

Κενταύρων ἐπὶ δαῖτα τάν

Hyps. str. β' v. 3 (Oxyrh. pap. VI p. 35 sequ.):

∪ — — ∪ ∪ ∪∪ ∪ —

σαίρεις ἢ δρόσον ἐπὶ πέδῳ

πόλιν καὶ πατρίους δόμους

---

1) cf. Thesm. v. 1136: Παλλάδα τὴν φιλόχορον ἐμοί, qui glyconeus est ut proximi.

De eiusdem strophae v. 9 supra pag. 19 actum est. — Neque vero poetae Attici soli glyconei arses solverunt: Timotheus (in Persarum v. 120, 138, 215:

κῦρεγ γὰρ χερὶ παλεονυμ[φαγόνον]
λῦσον χρυσοπλόκαμε θεά
ἀλλ' ὦ χρυσοκίθαριν ἀέ[ξων])

paenultimae glyconei arseos solutae exempla praebet, Pindarus autem et paenultimae et antepaenultimae:

Ol. X v. 27: πέφνε Κτέατον ἀμύμονα
◡ — ◡◡ ◡ ◡ — ◡ —

Pyth. VIII v. 2: ὦ μεγιστόπολι θύγατερ
— ◡ — ◡ ◡ ◡◡ ◡ —

X.

Tandem ad Euripidis Electram redeamus: Electra iterum canit stropham μεσῳδόν antistropham (v. 140—166). Quorum versuum sententiam Vahlen (l. l.) ita descripsit: „festinatione subito omissa subsistit urna etiam de capite deposita, ut patri lamentationem matutinam tollat". — Stropharum metrum hoc est:

I (140/2 = 157/9): 8 dactyli (catalexi in syllabam finiti) et reizianum.
II (143/5 = 160/2): cf. infra.
III (146/9 = 163/6): 4 glyconei, ultimus catalecticus.

v. 159 Seidler correxit: ἰώ μοι, ⟨ἰώ⟩μοι (reizianum). Haec correptio syllabae longae in fine verbi positae, quam ἰώ sequitur alibi quoque invenitur:

Phoen. 1493: ἁγεμόνευμα νεκροῖσι πολύστονον. αἰαῖ, ἰώ μοι dactylicus hexameter est.

Philoct. 760: ὡς ἐξεπλήσθη. — ἰὼ ἰὼ δύστηνε σύ trimeter iambicus est. —

Versuum 143/5 et 160/2 responsio gravissime turbata videtur. Strophae quidem sententia optima est (ἰαχᾶν pro ἰαχάν scripsit Dobree):

ἰαχᾶν ἀοιδάν, μέλος Ἀΐδα. πάτερ,
σοι κατὰ γᾶς ἐννέπω γόους,
οἷς ἀεὶ τὸ κατ' ἦμαρ

Antistrophae autem versus:

πικρᾶς μὲν πελέκεως τομᾶς σᾶς,
πάτερ, πικρᾶς δ' ἐκ Τροΐας ὁδοῦ βουλᾶς.
οὐ μίτραις σε γονή

maximas difficultates praebent. Neque enim Weckleinii παράφρασις: „Der schmerzliche Schlag mit der Axt hat hat den Entschluß des Vaters aus Troia zurückzukehren zu einem schmerzlichen gemacht. So erklärt sich das Hysteron proteron", neque illa enarratio, quae βουλᾶς matris esse dicit consilium interficiendi patris, qui Troia redierit, probabuntur. βουλᾶς [1]) autem corruptum esse metrum quoque docet (etiam in proximo v. 162 metri causa correctione opus est: Seidler: οὐ μίτραισι γονή σε pro οὐ μίτραις σε γονή):

143	⏑ – – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ –	: 160	⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ –
144	⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ –	: 161	⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – – –
145	– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑	: 162	– – – ⏑ ⏑ – ⟨⏑⟩

Versuum 143 et 160 responsio fortasse integra est, cf. infra c. XXII. (Accuratissima autem responsio fit transposito verbo πελέκεως: 160: πικρᾶς μὲν τομᾶς σᾶς πελέκεως, πάτερ).

144a = 161a colon „Maecenas atavis".

144b = 161b ἐννέπω γόους = † ὁδοῦ βουλᾶς †.

Quomodo hic versus corrigendus sit — ita ut sententia optima fiat et responsio — nescio. —

Illis syllabis duabus (βουλᾶς) exceptis [2]) optima fit responsio transposito σᾶς (v. 161) (quod hac ratione aptiore sane loco legitur):

ἰαχᾶν ᾠδάν, μέλος Ἀ-	πικρᾶς μὲν πελέκεως τομᾶς
ΐδα. πάτερ, σοι κατὰ γᾶς	[σᾶς] πάτερ, πικρᾶς δ' ἐκ Τροΐας
ἐννέπω γόους	⟨σᾶς⟩ ὁδοῦ † βουλᾶς †

---

1) Musgravii correctura παύλας pro βουλᾶς ut sententiam praebet optimam, ita neque responsionis offensionem tollit et vocabulo utitur, quod ab Euripidis carminibus alienum est (cf. Soph. Trach. 1255. Phil. 1329; Arist. Lys. 772, quae loca dialogi sunt omnia). —

2) Sed cf. Bacchyl. III v. 18: ὑψιδαιδάλτων = v. 4: [Ὀ]λυμπιοδρόμους (si quidem cola recte discerpta sunt).

⏑ — — — — ⏑ ⏑ —	⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏑ —
⏑ — ⏑ — — ⏑ ⏑ —	⏑ — ⏑ — — ⏑ ⏑ —
— ⏑ — ⏑ —	— ⏑ — † — — †

In v. 148 χέρα τε κρᾶτ' ἐπὶ κούριμον (sic altera manus Laurentiani et Barnes correxerunt; codices: χαίρατε . . . . . ἀποκούριμον) κούριμος eandem vim habet atque κεκαρμένος (cf. v. 108: ἐν κεκαρμένῳ κάρᾳ), ut saepe: v. 521: κουρίμης τριχός; Troad. 279: κρᾶτα κούριμον Or. 966: κάρα κούριμον; cf. Aesch. Choeph. v. 179: χαίτην κουρίμην[1]).

Antistropha incipit medio in enuntiato, ut (Hipp. 130/1?) Rhes. 350/1, Aesch. Suppl. 582/3, ubi stropha et antistropha illa ratione conexae sunt, cum in Electrae v. 156/7 enuntiatum in antistropham progrediatur ex mesodo. —

XI.

Mesodos (150—156) hoc metrum exhibet:

I	⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —	anap.
II	— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —	glyc.
	⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —	glyc.
	⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —	dim. troch. cat.
III	⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —	glyc.
	— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —	glyc.
	⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —	glyc.

Tres periodos secernunt hiatus. —

Ille dimeter trochaicus catalecticus glyconeorum clausula est in Hippol. quoque v. 66/8:

Λατοῦς Ἄρτεμι καὶ Διός,
καλλίστα πολὺ παρθένων,
ἃ μέγαν κατ' οὐρανόν

---

1) Alia adiectiva, quae participii perfecti passivi loco scripta sunt, afferre liceat: τομαῖος = τμηθείς, Alc. 102: χαῖτα τ' οὔτις ἐπὶ προθύροις τομαῖος; παράτονος = παρατεταμένος, Alc. 399: παρατόνους χέρας; δέσμιος = δεδεμένος saepe, ut Bacch. 355; ζύγιος = ἐξευγμένος: Hel. 1310; Iph. Aul. 221. ἔξορμος = ἐξορμημένος Hipp. 156.

Pherecratis frg. 96 (Kock) quinque dimetros choriambicos et illam clausulam exhibet (cf. Soph. El. 243 sequ.:

ὀξυτόνων γόων,	— ∪ ∪ — ∪ —
εἰ γὰρ ὁ μὲν θανὼν	— ∪ ∪ — ∪ —
γᾶ τε καὶ οὐδὲν ὢν	— ∪ ∪ — ∪ —
κείσεται τάλας,	— ∪ — ∪ —
οἱ δὲ μὴ πάλιν	— ∪ — ∪ —). —

Glyconei, quorum basis modo tribrachica modo dactylica est, leguntur in Thesm. v. 1136–1159. —

XII.

Electrae carmina, quae adhuc tractavimus, permultas et diversas responsionis antistrophicae licentias praebent, quibus usus est Euripides. Haec una cum ceterarum fabularum exemplis nunc, ut possumus, disponendae sunt. — Quibus in enumerandis initium faciamus a tritissima re, a basi, quae vocatur, glyconei. Lenissima responsionis licentia, de qua iam supra pag. 5 actum est, spondei et trochaei est [1]). Paulo rarius iambus spondeo respondet in glyconei basi:

Aesch. Sept. 296 = 313 (pherecratei; glyconei exemplum Aeschylus, quantum video, praebet nullum).

Soph. Phil. 173 = 184:

νοσεῖ μὲν νόσον ἀγρίαν
στικτῶν ἢ λασίων μετά

Eur. Jon. 184 = 194:

οὐκ ἐν ταῖς ζαθέαις Ἀθά[ναις]
ὁρῶ. καὶ πέλας ἄλλος αὐ[τοῦ]

Rhes. 346 = 355 (pherecratei):

ἥκεις ὦ ποταμοῦ παῖ
σύ μοι Ζεὺς ὁ φαναῖος.

Apud Aristophanem ea licentia nusquam invenitur. —

---

1) Quamquam huius rei exempla facillime permulta congeri possunt, tamen, ut responsio ad syllabam fieret, in Alcestidis v. 974/5 ἐστίν et ἐλθεῖν transponere Nauck et G. A. Wagner non dubitaverunt.

Jambus et trochaeus inter se respondentes leguntur: apud Aeschylum in pherecrateo tantum:

Sept. 299 = 316:

ἰάπτουσι πολῖται
ἐμβαλόντες ἄροισθε

Sophocl. Phil. 1125 = 1148 (pherecratei):

γελᾷ μου, χερὶ πάλλων
χῶρος οὐρεσιβώτας

v. 1126 = 1149:

τὰν ἐμὰν μελέου τροφάν
φυγᾷ μ᾽ οὐκέτ᾽ ἀπ᾽ αὐλίων.

Euripides hac licentia nunquam usus est, nam Jon. v. 215 = 233 supra pag. 21 nos rectius interpretatos esse putamus. Neque aliter res se habet apud Aristophanem. Pindari autem Parth. frgm. 104 d (in Oxyrh. pap. IV traditum) in primo strophae sticho glyconeorum bases spondiacas trochaicas iambicas alteram alteri respondere iubet.

Bacchylidis denique carmen XVIII (XIX) phalaeceum exhibet, quod in v. 15 (τί ἦν, Ἄργος . . . . . .) iambica, in v. 33 (Ἄργον· ἦρα . . . . . .) trochaica basi instructum est. —

Tribrachys spondeo respondet nisi in Euripidis carminibus nusquam:

Hel. 1493 = 1510:

Μενέλεως ὅτι Δαρδάνου
(sic Matthiae; codd. Μενέλαος)
οὐκ ἐλθοῦσα ποτ᾽ Ἰλίου
(sic Bothe; codd. ἐλθοῦσαν ἐς)

Hel. 1494 = 1511 (pherecratei):

πόλιν ἑλὼν δόμον ἕξει
Φοιβείους ἐπὶ πύργους

Bacch. 111 = 126:

στικτῶν τ᾽ ἐνδυτὰ νεβρίδων
ἀνὰ δὲ βάκχια συντόνῳ
(sic apogr. Paris.; codd. βακχεία). —

Tribrachys trochaeo in poesi scaenica respondet nusquam. Pindarus autem in Pyth. V v. 31: ὕδατι Καστα‑

λίας ξενω[θείς] glyconeis, qui spondeum vel trochaeum in basi exhibent, respondere iussit. Bacchylidis carminis XVII (XVIII) v. 20: Σίνιν, ὃς ἰσχύϊ φέρτατος respondet glyconeis huius formae: —ῡ—◡◡—◡—.

Tribrachys respondet iambo nusquam in Aeschyli et Sophoclis versibus. Apud Euripidem autem in Hipp. v. 147 = 157:

[ἀνίε]ρος ἀθύτων πελάνων τρύχῃ
τὸν εὐξεινότατον ναύταις

Hel. v. 1116 = 1131 (pherecratei):

Ἀχαιῶν ὑπὸ λόγχαις
δόλιον ἀστέρα λάμψας

Apud Aristophanem in Thesm. v. 991 = 996:

Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ
Κιθαιρώνιος ἠχώ (pherecratei). —

Dactylica basis, quae omnino non ita frequens est, spondiacae respondet in fabularum carminibus nusquam (Medeae v. 159 = 183:

τάκου [ὀ]δυρομένα σὸν εὐ[νέταν]
πένθος γὰρ μεγάλως τόδ' ὁρ[μᾶται]

correxit Musgrave metri quidem causa). In Pindari autem paeanis VI v. 117 et 56 leguntur (pherecratei):

[ἱξέ]μεν βίου· ἀμφίπολοις δέ
πατρὶ Μναμοσύνᾳ τε. —

Neque trochaeo dactylus respondet (Soph. El. v. 1065 = 1077 (pherecratei):

δαρὸν οὐκ ἀπόνητοι
ἁ πανόδυρτος ἀηδών
correxit Person: πάνδυρτος.

Trach. 114 = 124:

κύματ' ⟨ἐν⟩ εὐρέϊ πόντῳ
φαμὶ γὰρ οὐκ ἀποτρύειν
correxit Erfurdt). —

Neque iambus neque tribrachys dactylo in basi posito respondere potest, nam Iph. Taur. v. 1129 = 1144:

κέλαδον ἑπτατόνου λύρας
παρθένος εὐδοκίμων γάμων

si παρθένος re vera integrum est, Marklandi transpositione (ἑπτατόνου κέλαδον λ.) corriguntur. ἑπτατόνοιο autem sripto responsio fit minime absurda:

⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —

— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —

cf. Hipp. 738 = 748:

[σταλάσ]σουσιν ἐς οἶδμα πατρὸς τάλαι[ναι]
[χέον]ται Ζηνὸς μελάθρων παρὰ κοί[ταις]

— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —

— — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —

Anapaestica glyconei basis, qua quod usus sit, Euripidem castigat in Ran. v. 1322/3 (cf. infra c. XXVIII) Aristophanes, neque multis locis invenitur neque ulli alteri baseos formae respondet (Phil. 1088 = 1110:

τί ποτ᾽ αὖ μοι τὸ κατ᾽ ἦμαρ
κραταιαῖς μετὰ χερσίν
correxit Bothe: τίπτ᾽ αὖ). —

Adhuc de baseos formis in poesi scaenica actum est. Quibuscum si Sapphonis glyconeos conferimus, neque tribrachyn[1]) in basi exstare et pyrrhichium idem valere ac spondeum, trochaeum, iambum videmus. Hoc ex fragmentis in papyro Berolinensi nuper repertis satis apparet: (cf. Berl. Klass. Texte V 2) papyri II v. 4, 10, 16 hi sunt:

σὲ θέας ἰκέλαν ἀρι[γνώτα]
[ἐπί]σχει θάλασσαν ἐπ᾽ ἀλμύραν
[ἐπι]μνάσθεισ᾽ Ἄτθιδος ἰμέρῳ.

Haec basis pyrrhichiaca nisi iambo respondet in poesi scaenica diversae formae nulli. Atque huius rei exempla — in Euripidis fabulis reperta — neque multa et iam correcta sunt:

Hippol. v. 141 = 151:

σὺ γὰρ ἔνθεος ὦ κούρα
ἢ πόσιν, τὸν Ἐρεχθειδᾶν
(Metzger: ἦ σύ γ᾽)

---

1) Aeolicorum res metrica solutam arsim omnino non admittit, quia syllabas dinumerat, unde versuum nomina interdum orta sunt, ut Sapphicus hendecasyllabus, Alcaicus enneasyllabus.

Bacch. 404 = 419:

ἵνα θελξίφρονες νέμον[ται]
φιλεῖ δ' ὀλβοδότειραν Εἰ[ρήναν]
(Nauck: ἐν ᾇ; Heath: ἵν' οἱ)

Bacch. 406 = 421:

Πάφον θ' ἂν ἑκατόστομοι
ἴσα δ' εἴς τε τὸν ὄλβιον

(θ' del. Hermann). —

Quomodocunque autem de his exemplis iudicare placet, basim pyrrhichiacam alii formae atque iambicae respondere nemo dicet. (Soph. Oed. Col. v. 671 = 684 Porson recte scripsit (correcturae nomine dignum non est):

[ἔνθ'] ἃ λίγεια μινύρεται
ἀρχαῖον στεφάνωμ' ὅτε

(codd. ἔνθα λίγεια).

XIII.

Baseos glyconei liberrime tractatae simillima est ea licentia, quam dimetri choriambici metrum prius ostendit. Uter versus vetustior sit, Wilamowitz ita diudicat (Chor. Dim. p. 891): „Bei den Lesbiern hat sich in den Freiheiten, welche Hermann die aeolische Basis genannt hat, ein beträchtlicher Rest von der Behandlung erhalten, die wir im ersten Metron der choriambischen Dimeter angetroffen haben. — (p. 887.) Es ist aber eine völlige Umkehrung der Natur, wenn man diese Form (glyconeum) als die ursprüngliche und den choriambischen Dimeter als ihre Ausartung betrachtet. Klärlich stellt sie sich vielmehr als Anaklasis dar".

Quodsi glyconeum dimetro choriambico respondere (cuius rei exempla mox enumerabuntur) consideramus, dicat aliquis eos contineri eo quod uterque et choriambum praebet et quattuor syllabas aut ante choriambum sitas aut ita dispositas, ut binae post et ante choriambum legantur. (Etiam post choriambum quattuor syllabae liberrime tractatae reperiuntur cf. infra c. XXXII). Quae opinio nititur ea re, quod glyconei ultima thesis longa

esse potest apud Euripidem quidem et Sophoclem. Quae res si vere, quomodo ortus sit glyconeus, indicat, nullius momenti est Euripidem demum et Sophoclem exempla praebere. Nam cum Graecorum poesis minime integra nobis tradita sit, fit, ut dochmius, quod metrum sine dubio sit antiquissimum, apud Pindarum et tragicos primum nobis occurrat. Vel Euripidem in recentioribus fabulis dochmiis alia cola inseruisse ut enoplios reiziana nihil docet de reiziani aetate, quae minime inferioris aetatis dochmio sint. Tertium exemplum addere liceat, quo appareat tempus, quo versus quidam primum compareat, aetatis eius indicium non esse: Thesim monosyllabam (brevem) bisyllaba variari nisi antiquissima et inexculta patitur res metrica nulla. Nobis autem exempla affert comicus trimeter (cf. Leo, Goett. gel. Anz. 1904 p. 946: „Der komische Trimeter trägt alle Zeichen eines hohen Alters; seine Form, die Bildung der Senkungen und des Schlusses, die Caesurlosigkeit datieren ihn vor Archilochos“). —

Plurimum interest glyconeos colligere, quorum paenultimae syllabae longae brevis respondet. Inde patet hanc syllabam vere thesim esse. Eiusmodi exempla apud Euripidem et Sophoclem (cf. Berger, de Soph. v. logaoedicis et epitriticis; Bonn 1864) inveniuntur:

Soph. Phil. 1128 = 1151:

ὦν τόξον φίλον, ὦ φίλων
τὰν πρόσθεν βελέων ἀλκάν

Eurip. Hipp. 741 = 751 (?):

τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς
χθὼν εὐδαιμονίαν θεοῖς
(correxit Seidler: θεοῖσιν)

Eur. Ion. 206 = 220:

[διώ]κω. σκέψαι κλόνον ἐν τείχεσ[σι]
[αὐ]δῶ. θέμις γυάλων ὑπερ[βῆναι]

In glyconeo ἀκεφάλῳ:

Eur. El. 730 = 740:

λευκόν τε πρόσωπον Ἀ[οῦς]

χρυσωπὸν ἕδραν ἀλλά[ξαντα]

In glyconeo basi pyrrhichiaca instructo:
Eur. El. 700 = 714:

ὀρέων ποτὲ κληδὼν ἐν
σελαγεῖτο ἀν' ἄστυ πῦρ

De Herc. v. 794 = 811, Hel. 1115 = 1130 supra pag. 19 actum est. —

Multo saepius glyconei thesis ultima et in stropha et in antistropha legitur longa, ut:

Soph. Antig. 104 = 121
Aiacis 704 = 712 (glyc. ἀκέφ.)
Eur. Med. 851 = 861 („)
Hipp. 141 = 151
143 = 153
145 = 155 (?)
147 = 157 (?)
150 = 160
Hec. 473 = 482
Troad. 515 = 535 (glyc. ἀκ.)
Iph. Taur. 1127 = 1141 („)
Iph. Aul. 1056 = 1078.

Responsione antistrophica carent:
Eur. Iph. Aul. 789; 799 (glyc. ἀκ.)
Arist. Thesm. 129 (glyc. ἀκέφ). —

Dubitari potest de Troad. v. 514 = 534:

ᾠδὰν ἐπικήδειον
ξεστὸν λόχον Ἀργείων (glyc. ἀκέφ.)

Iph. Taur. 1123 = 1137:

καὶ σὲ μέν, πότνι' Ἀργεία
λαμπροὺς ἱπποδρόμους βαίην.

Dipthongum in paenultima utriusque versus positam brevem[1]) metiri licet (id quod Anacreon in frg. I v. 4: ἵκεο νῦν ἐπὶ Ληθαίου sine dubio fieri voluit). —

1) Cuius rei exempla congesserunt praeter alios: Hartel, Hom.

formam (— ⏑ — ⏑⏑ | — ⏑⏑ —) esse puto, Aristophanes[1]) in Ran. v. 1323 in ludibrium vertit una cum illo glyconeo, cuius basis anapaestica est (v. 1322). Sed totius carminis metra describere liceat, quia compositionem quoque ludibrii causa contorta esse mihi videtur:

1309 ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσης
10 κύμασι στωμύλλετε,
— ⏑⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — —
— ⏑ — — — ⏑ — (syll. anc.) a

1311 τέγγουσαι νοτίοις πτερῶν
12 ῥανίσι χρόα δροσιζομέναι·
— — — ⏑⏑ — ⏑ —
⏑⏑⏑⏑⏑⏑ — ⏑⏑ — (hiat.) b

1313 αἵ θ' ὑπωρόφιοι κατὰ γωνίας
— ⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — x1

1314 εἱειειλίσσετε δακτύλοις φάλαγγες
15 ἱστόπονα πηνίσματα,
— — — — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑
— ⏑ ⏑⏑ — — ⏑ — (syll. anc.) a

1316 κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας
17 ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελ-
18 φὶς πρώραις κυανεμβόλοις
19 μαντεῖα καὶ σταδίους,
— ⏑ ⏑⏑ — — ⏑⏑ —
⏑⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ —
— — — ⏑⏑ — ⏑ —
— — ⏑ — ⏑⏑ — c

1320 οἰνάνθας γάνος ἀμπέλου,
21 βότρυος ἕλικα παυσίπονον.
— — — ⏑⏑ — ⏑ —
⏑⏑⏑ ⏑⏑⏑ — ⏑⏑ — b

1) Qui quantum in ratione metrica distet ab Euripide, eo perspicuum fit, quod choriambi et metri iambici responsionem exhibet multis locis, nusquam glyconei et dimetri choriambici, cum Euripides illam vitet, huius autem exempla praebeat plurimas. Aristophanes enim metra respondere iussit, Euripides cola. —

1322 περίβαλλ' ὦ τέκνον ὠλένας.
23 ὁρᾷς τὸν πόδα τοῦτον; — ὁρῶ. —
24 τί δαί; τοῦτον ὁρᾷς; — ὁρῶ. —
∪∪——∪∪— ∪ —
∪ ——∪∪—∪∪—
∪ ——∪∪— ∪ —
} x_2

1325 τοιαυτὶ μέντοι σὺ ποιῶν
26 τολμᾷς τἀμὰ μέλη ψέγειν,
27 ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον
28 Κυρήνης μελοποιῶν;
— — — — —∪∪ —
— — —∪∪— ∪ —
∪∪∪—∪∪— ∪ —
— — —∪∪— —
} c

Compositionis igitur forma haec est:

a b x_1 a c b x_2 c

V. 1313 (x_1) et 1322/4 (x_2) ceteris aequabilitate quadam periodorum conexis inserti sunt. Ille versus (1313) in fabularum carminibus nullo loco legitur, nisi Iph. Taur. v. 845 ita digessisti: ὦ Κυκλωπίδες ἑστίαι, ὦ πατρίς (In Eur. El. v. 144 = 161 Seidleri et Hermanni correcturis: ἐνέπω et ὁδίου efficitur haec forma: ∪——∪∪—∪∪—∪̄—). Sappho[1]) vero certa praebet exempla: frg. 40 et 41 et strophae in papyro Berolinensi traditae versus tertius, ut: Ψάπφ', ἦ μάν σ' ἀέκοισ' ἀπυλιμπάνω (Una syllaba brevius est frgm. 98; tantodem longius frgm. 51, 4). —

V. 1322 Euripidis Hypsipylae est, cuius formam inusitatam Aeschylus indicat versu 1323, qui ipse Dionysi responsione alteram formam miram contrahit, id quod versu 1324 notatur (cf. O. Schroeder, Aristoph. cant. praef. p. VI). —

Si re vera periodorum illa aequabilitas, quam statuimus, carmini inest, v. 1309/10 et 1314/5, 1311/2 et

1) et Pindarus: paean. IX v. 6 = 36 = 46.

1320/1, 1316/9 et 1325/8 eiusdem gravitatis sunt, id quod nusquam dubitari potest, nisi in v. 1309 et 1314, quorum formae hae sunt:

— ⏑⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — —
— — — — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑

sapphicus hendecasyllabus et phalaeceum, quorum versuum uterque a thesi incipit. Quos eiusdem gravitatis esse nemo iam negabit, si versuum formas usitatas etiam responsione antistrophica conexas esse viderit in scolii 28 v. 5 et 10 (cf. c. XXII). Ad 1319 et 1328 cf. Iph. Taur. 1100 = 1117 et 1105 = 1122 pag. 6. —

Restat ut de v. 1314 scriptura εἱειειλίσσετε loquamur: utrum εἱειειλ. an εἱειειειλ. scribamus, penes nos est; ceterum optimum codicis R scholion ter ει praebet: ἡ ἐπέκτασις τοῦ εἱειειλίσσετε κατὰ μίμησιν εἴρηται τῆς μελοποιίας, cuius sententia est: Licentia in arte musica usitata — quae in una syllaba notas musicas ponit duas — in artem metricam transposita est [1]) — et modum excessit, cum non solum duae sed etiam tres notae in una syllaba positae sint (aliter Wilamowitz, Chor. Dim. p. 880 ann. 2). Sed in v. 1348: εἱειλίσσουσα χεροῖν scribendum esse puto (cf. Leo, plaut. Cantica (Abh. d. Goett. Ges. d. Wiss. I 7) p. 55; 81 sequ.), ut dimeter choriambicus ἀκέφαλος efficiatur. Insequuntur enim glyconeus ἀκέφαλος et dimeter choriambicus ἀκέφαλος:

κλωστῆρα ποοῦσ', ὅπως
κνεφαῖος εἰς ἀγοράν.

1) Id quod absurdum est, nam syllaba longa neque duas voces longas neque tres breves metrice complecti potest (id quod Reiter in: Wien. Sitz.-Ber. 1893 responsionis exemplis demonstrare conatus est, quae nihil eiusmodi docent). Neque Baccharum v. 908 sequ. quinque pherecratei sunt, quorum quartus ultimam arsim (re vera ultima syllaba thesis est) solvit, ut tres voces breves fierent, sed tres pherecratei et priapeum sunt, ut Herc. 359—363; 389—393; 419—424. —

XXIX.

Carminis formam (omissis versibus 1313 et 1322—24 insertis):

a b a c b c

minime modum excedere — id quod, ut vis ludibrii appareat, fortasse requiris — duobus exemplis demonstratur:

Sophoclis Trach. v. 1004 sequ. sunt:

1004/5:	ἒ ἔ, ἐᾶτέ μ' ἐᾶτέ με δύσμορον εὐνάσαι	
06	ἐᾶθ' ὕστατον εὐνάσαι	a
	(sic Hermann; codd. ἐᾶτέ με δύστανον	
07:	πᾶ⟨πᾶ⟩ μου ψαύεις; ποῖ κλίνεις	
	(alterum πᾶ add. Seidler)	
08:	ἀπολεῖς μ' ἀπολεῖς.	b
09:	ἀνατέτροφας ὅ τι καὶ μύσῃ	
	(sic Erfurdt; codd. ἀντέτρ.	
10—14:	quinque hexametri dactylici	x_1
15/6:	ἒ ἔ, οὐδ' ἀπαράξαι κρᾶτα βίου θέλει	a
17:	μολῶν τοῦ στυγεροῦ; φεῦ φεῦ.	
18—23:	quinque hexametri dactylici	x_2
24:	ὦ παῖ ποῦ ποτ' εἶ;	
	(sic Seidler; codd. παῖ παῖ)	
25/6:	τᾷδέ με, τᾷδέ με πρόσλαβε κουφίσας·	c
27:	αἰαῖ, ἰὼ δαίμων	
	(sic Dindorf; codd. ἐὲ ἰὼ ἰὼ δαῖμον)	
28:	θρώσκει δ' αὖ, θρώσκει δειλαία	
29:	διολοῦσ' ἡμᾶς	b
30:	ἀποτίβατος ἀγρία νόσος.	
31—40:	quinque hexametri dactylici	x_3
41:	ὦ Διὸς αὐθαίμων,	
42:	εὔνασον εὔνασον ὠκυπέτᾳ μόρῳ	c
	(sic Turnebus; codd. εὔνασόν μ' εὔν.)	
43:	τὸν μέλεον φθίσας.	

Alterum formae **abacbc** exemplum in Aeschyli Choeph. v. 306—478 legitur (cf. Wilam. edit. p. 186 sequ.):

x_1 a b a x_2 c b c
x_3 d e d x_4 f e f
[g h h g i i k k x_5]

Inserti sunt anapaesti (x_1 x_2 x_3 x_4 x_5). Fortasse formarum

a b a c b c
et: d e d f e f

interpretationem mavis hanc:

stropha I mesodos antistropha I
stropha II mesodos antistropha II.

Hoc loco mesodi eaedem sunt, cum Eur. El. v. 112—212 supra tractati praebeant:

str. I mes. I ant. I str. II mes. II ant. II [str. III ant. III]
vel: a b a c d c [e e]. —

XXX.

Tandem exempla responsionis enumerare pergamus, quibus usus in fabularum carminibus quoque theses monosyllabam et bisyllabam, quantum ad responsionem antistrophicam attinet, eiusdem gravitatis esse fortasse aliquis dicat. Qualia sunt:

Oed. R. 1097 = 1109: ⏓ – ⏑ ⏑ – ⏑(⏑⏑) – ⏓ – ⏑ – – –
ἰήιε Φοῖβε, σοὶ δὲ ταῦτ' ἀρέστ' εἴη
Νυμφᾶν Ἑλικωνιάδων, αἷς πλεῖστα συμπαίζει.

Correxit Wilamowitz: ἑλικωπίδων (Herm. 14 p. 177).

Trach. 637 = 644: ⏓ – ⏑ ⏑ – – – ⏑(⏑⏑) –
χρυσαλακάτου τ' ἀκτὰν κόρας
ὁ γὰρ Διὸς Ἀλκμήνας τε κόρος

Triclinius delevit τε (v. 644).

Trach. 639 = 646: ⏑ – ⏑ – ⏑(⏑⏑) – –
Πυλάτιδες καλέονται
λάφυρ' ἔχων ἐπ' οἴκους

Musgrave correxit κλέονται.

Aristophanes vero exemplum praebet certum:

Equ. 332 = 406: — ◡ — ◡◡ — ◡ —

καὶ κοβαλικεύμασιν
πῖνε, πῖν' ἐπὶ συμφόραις.

Ut Simonidem (frg. 14 Bergk) laudaret, licentiam in diverbii trimetro usitatissimam in carmina hoc loco induxit. Nescio an eadem licentia nominis proprii causa toleranda sit in Thesm. v. 990 = 995:

εὔιον ὦ Διόνυσε
ἀμφὶ δὲ σοὶ κτυπεῖται.

Sed totius carminis responsio minime est integra.

Eiusdem comoediae v. 436 = 522:

οὐδὲ δεινότερον λεγούσης
χἤτις ἐξέθρεψε χώρα

correxit Hermann: δεινότερα.

XXXI.

Ergo thesim bisyllabam eiusdem gravitatis esse ac monosyllabam, id quod antiquissimae neque excultae rei metricae signum est, in fabularum carminibus non iam admittitur. Sed quae responsionis licentiae in his inveniuntur, multo recentiores sunt, vetustiores vero quam quibus temporibus nobis occurrunt. Neque enim a poetis, quos iis usos esse vidimus, fictae sunt, sed ex re metrica vetustiore, cuius leges laxiores fuerunt, revocatae sunt. In Aeolicis autem versibus, quippe qui in pedes vel metra dividi non possint, si quis responsionis licentiis uti voluit, cola respondere iussit, quae totidem arses et theses habent. Neque vero variae theses eiusdem gravitatis sunt, sed versus, qui responsione antistrophica conexi sunt, totidem theses bisyllabas praebent, interdum aliis locis in antistropha aliis in stropha. Monosyllabae autem thesi brevi interdum longa respondet: si glyconei baseos et dimetri choriambici metri prioris licentias praetermisimus, syllabam ancipitem invenimus in omni

thesi, a qua incipit, vel in quam exit colon[1]). Praeterea quae theses bisyllabae cuidam proximae sunt (antecedunt vel insequuntur), ancipites sunt. Denique longiores versus leguntur huius formae:

Pind. P. VII ep. 2: v. 18: ⏑ – – – ⏑ – – – ⏑⏑ – ⏑ –
νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ χαίρω τι· τὸ δ' ἄχνυμαι

Pind. P. III v. 4: – – ⏑ – – – ⏑ – – – ⏑⏑ –
βάσσαισί τ' ἄρχειν Παλίου Φῆρ' ἀγρότερον

qui versus theses primam tertiam quintam (inde a bisyllaba numeratas) ancipites praebent. Quae res in iambis et trochaeis tritissima est. Neque vero illi versus ex metris constant. Iamborum igitur et trochaeorum licentiae in hos versus transpositae sunt, quorum natura longe alia est[2]). Eandem rem in dactyloepitritis observavit Friedlaender (Herm. 1909 p. 340: „Ionisierung der Dactyloepitrite"): „Solche Langverse . . . . . sind . . . . . der ihnen ursprünglich fremden ionischen Messung unterworfen worden". Eiusmodi versus memorabiles sunt:

Pind. O. VI v. 6: συνοικιστήρ τε τᾶν κλεινᾶν Συρακοσσᾶν, τίνα κεν φύγοι ὕμνον

⏑ – – – ⏑ – – – ⏑ – – | – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑.

N. V ep. 1: v. 13: ὁ τᾶς θεοῦ, ὃν Ψαμάθεια τίκτ' ἐπὶ ῥηγμῖνι πόντου

⏓ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – | ⏓ – ⏑ – – – ⏑ – –

vel Alcaicae strophae versus tertius:

τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ὂν τὸ μέσσον
ναΐ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ

⏓ – ⏑ – ⏓ – ⏑ – ⏓ | – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏓

(quam stropham tristichon esse infra (app. II) demon-

---

1) Idem exhibent metra iambica et trochaica, quae Ionum metra quodammodo similia sunt colis Aeolicis.

2) Neque minus abhorrent ab Aeolicorum versuum natura arsis soluta (cf. pag. 39) et glyconei basis tribrachica (cf. pag. 31). Thesim bisyllabam contractam esse duobus tantum exemplis demonstratur: Herc. 791 = 808, Iph. Taur. 1243 = 1268 (cf. c. XXIII).

strabitur). Omnino hi et illi versus natura diversi non sunt: illorum meditullium choriambus est, horum colon —∪∪—∪∪—. Quin etiam tres theses bisyllabae alia aliam insequuntur, ut colon fiat —∪∪—∪∪—∪∪—
cf. Pind .P. IV str. 6: —∪———∪—— | —∪∪—∪∪—∪∪—
v. 6: χρῆσεν οἰκιστῆρα Βάττο: καρποφόρου Λιβύας ἱεράν
N. V ep. 6: v. 18:
καί τὸ σιγᾶν πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον ἀνθρώπῳ νοῆσαι
—∪—— | —∪∪—∪∪—∪∪— | ——∪——;
paean. IX str. 1: v. 1: ⏓— | —∪∪—∪∪—∪∪— | ∪⏓
ἀκτὶς ἀελίου, τί πολύσκοπε μήσεαι
str. 7: v. 7: —∪∪—∪∪—∪∪— | ∪⏓
ἀλλά σε πρὸς Διός, ἱπποσόα θοάς
cf. Bacch. IX (X) str. 6: —∪—— | —∪∪—∪∪—∪∪—
v. 16: ἄνθεσιν ξανθὰν ἀναδησάμενος κεφαλάν

Dactyloepitritorum autem qui vocantur meditullium esse: (⏑)—∪∪—∪∪—(⏑) [1]) Friedlaender demonstravit optime (Hermes 1909 p. 323: „Die anscheinend dactylischen Glieder loesen sich als selbständige Einheiten ab"). Illud meditullium Hermann iam cognovit: (elem. p. 526) „. . . . apparet dominari in glyconeo polyschematisto choriambum, qui solus immutabilis manet". Rem ita esse patet, si ab asclepiadeo maiore ad minorem ad glyconeum descendimus:

—⏑ —∪∪— —∪∪— —∪∪— ∪—
—⏑ —∪∪— —∪∪— ∪—
—⏑ —∪∪— ∪—

Huc accedit, quod, quotcumque compositionis licentiae inveniuntur, choriambus semper integer manet. (Catullus denique et Seneca thesim bisyllabam contraxerunt; Oed. R. vero v. 468 = 478 responsionem: φυγᾷ πόδα νωμᾶν: πέτρας ὡς ταῦρος corruptam esse v. 478 varia lectio πετραῖος docet.). Responsionis denique licentiae, quantae-

1) Cf. Leo, Neue Jahrb. 1902: „Wo es ausgebildete Kola giebt, da giebt es in der Regel die fallende neben der steigenden Form."

cunque sunt, Aeolicorum versuum choriambum non tangunt. Sed syllabae et ante et post choriambum positae varie disponuntur:

glycon.	— ⏒	— ⏑ ⏑ —	⏑ —	cf. c. XVII—XIX
dim. chor.	— ⏒ — ⏒	— ⏑ ⏑ —		
glycon.	— ⏒	— ⏑ ⏑ —	⏑ —	vesp. 531 = 636
glyc. primus q. v.		— ⏑ ⏑ —	⏑ — ⏑ —	
enoplios	⏒	— ⏑ ⏑ —	⏑ — ⏒	Trach. 960 = 969
"	⏒ — ⏒	— ⏑ ⏑ —	⏒	
vel:				
pherec.	— ⏒	— ⏑ ⏑ —	⏒	Iph. Aul. 1044 = 1066
dim. chor. ἀκέφ.	⏒ — ⏒	— ⏑ ⏑ —		
glycon. ἀκέφ.	⏒	— ⏑ ⏑ —	⏑ —	Phaeth. 23 = 31
claus. chor.		— ⏑ ⏑ —	⏑ — ⏒	Antig. 607 = 618

Nunquam a thesi bisyllaba versus incipit, cum in antistropha illa medio in versu locum habeat:

⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏒

⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏒

Choriambum igitur horum versuum meditullium esse nemo iam negabit. At ne quis putet ex choriambo et ceteris syllabis eos compositos esse. Minime. Sed cola sunt, quae amplius partiri non licet. —

XXXII.

Denique inspiciamus eas syllabas, quas ante post inter meditullia invenimus. Versus enim duo quoque meditullia interdum exhibet eiusdem vel diversae formae. Quae aut artissime cohaerent aut aliae syllabae iis interiectae sunt. —

Si quinque syllabae ante post inter meditullia scriptae sunt, earum forma est haec:

⏒ — ⏑ — ⏒ .

Cuius rei exempla sunt:
alcaicus hendecasyllabus: ⏓—∪—⏓ | —∪∪—∪—
phalaeceum: —⏓—∪∪— | ⏓—∪—⏓
(cf. Ion. (1054 =) 1067: εἰς ἄλλας βιότου μορφὰς κάτεισιν
scolii versum: ὥσπερ Ἁρμόδιος κἀριστογείτων
Pind. N. VIII str. 1: v. 1: Ὥρα πότνια, κᾶρυξ Ἀφροδίτας).

Platonicum (cf. Hephaest. XV 12):

—∪∪—∪∪— ¦ ——∪—— | —∪∪—∪∪—

cf. Pind. O. VII str. 5; P. IV ep. 2; P. I ep. 2.

Media thesis anceps est in Pind. P. VIII ep. 6:

⏓—⏓—⏓ | —∪∪—∪—∪—⏓

v. 40: υἱοὺς Θήβαις αἰνίξατο παρμένοντας αἰχμᾷ
v. 80: νίκαις τρισσαῖς, ὦ 'ριστόμενες, δάμασσας ἔργῳ.
Soph. Trach. v. 843 = 854 responsio corrupta est.

De Ion. v. 1237: —∪—∪∪— | ∪————
supra pag. 12 actum est. —

Quattuor syllabae choriambo praepositae inter dimetri choriambici formas supra memoratae sunt.

Trimetri autem catalectici gravitatem habent:

Sapphicus hendecasyllabus: —∪—⏓ | —∪∪—∪—⏓
Or. 810 = 822: ∪∪∪—— | —∪∪—∪—⏓
Hipp. 553 = 563: ———⏓ | —∪∪—∪—⏓
El. 736 = 746: ———— | —∪∪—∪—⏓
Antig. 1145 = 1154: ∪——∪ | —∪∪—∪—⏓
cf. Pind. I. VII (VIII) 1.

Formae ⏓—∪— / ——∪∪∪ / —∪∪— | —∪∪—∪—⏓

(Anacr. 33; 32,2; 32,1) iambici quoque trimetri esse possunt. —

Quattuor syllabae post choriambum scriptae has praebent formas:

Alc. 271: οὐκέτι μάτηρ σφῷν ἔστιν

—∪∪— | ————

Trach. 949 = 952: —∪∪— | ∪———

δύσκριτ' ἔμοι γε δυστάνῳ
κοινὰ δ' ἔχειν τε καὶ μέλλειν

Ion. 1051 = 1064: —⏑⏑— | ————
δυσθανάτων κρατήρων πλη[ρώματ']
[θη]κτὸν ξίφος ἢ δαίμων ἐξά[ψει].

Eandem formam praebet Cratineorum (Hephaest. XV) pars prior: —⏑⏑— | ————[—⏓—⏓ | —⏑—]
ἄνδρες ἑταῖροι, δεῦρ' ἤδη,

Forma —⏑⏑— | ⏓—⏑— iambicus quoque dimeter est; cf. Equ. 552 = 582:
χαλκοκρότων ἵππων κτύπος
τῆς ἱερωτάτης ἀπα[σῶν].

Idem versus a thesi incipiens videtur esse Trach. 637 (= 644): ——⏑⏑— | ——⏑— χρυσαλακάτου τ' ἀκτὰν κόρας.

Etiam Rhes. 25 = 43: ⏑—⏑—⏑⏑— | —⏖⏑—
ὄτρυνον ἔγχος ἀείρειν, ἀφύπνισον
διπετῆ δὲ νεῶν πυρσοῖς σταθμά
hoc in numero habendi sunt. —

De forma: —⏓—⏑⏑— | ⏑—⏓—
supra pag. 12 actum est. —

T r i u m syllabarum in priore dimetri choriambici metro positarum exempla supra pag. 44 sequ. memorata sunt. Versus una syllaba in fine auctus enoplii forma est: ⏓—⏓—⏑⏑—⏓ ut Ion. v. 207 = 221:
[τείχεσ]σι λαΐνοισι Γιγάντων
βῆναι, λευκῷ ποδί γ' οὐδ' ἄν
⏓—⏓ | —⏑⏑—⏓.

Eiusdem formae fortasse Philoct. v. 207 = 216; 208 = 217 sunt. —

Una syllaba longior est Or. v. 816 = 828:
ὅθεν φόνῳ φόνος ἐξαμεί[βων]
κτείνων σὰν ματέρα, μὴ πατρῴ[αν]
⏓—⏓—⏑⏑—⏑—
(cf. Pind. N. IV 1; Soph. Phil. 141).

Prima arsis soluta est in Oed. Col. v. 207:

ὦ ξένοι ἀπόπτολις, ἀλλὰ μή —◡◡◡ | —◡◡—◡—

Bacch. 877:

τί τὸ σοφὸν ἢ τί τὸ κάλλιον ◡◡◡◡ | —◡◡———

Iterum una syllaba longior est:

Oed. Col. 513 et 518: ——— | —◡◡—◡——

τᾶς δειλαίας ἀπόρου φανείσας
χρήζω, ξεῖν', ὀρθὸν ἄκουσμ' ἀκοῦσαι.

Trium autem syllabarum meditulliis interpositarum forma eadem est: ◡—◡

cf. Pind. O. XIV 3 et 12:

ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι
—◡◡— | ◡—◡ | —◡◡——

ἀέναον σέβοντι πατρὸς Ὀλυμπίοιο τιμάν
—◡◡— | ◡—◡ | —◡◡— ◡—◡——.

Duae syllabae ante choriambum in glyconei basi inveniuntur, cuius baseos formae supra (pag. 27 sequ.) congestae sunt. Post choriambum autem duae syllabae in eodem glyconeo positae sunt (cf. pag. 31 sequ.) et interdum post dimetrum choriambicum (cf. pag. 11). Utroque loco syllabarum forma est: ⏓—.

Una syllaba ante post inter meditullia anceps est (cf. Aiacis v. 702/3 = 715/6:

Ἰκαρίων δ' ὑπὲρ πελαγέων μολὼν ἄναξ Ἀπόλλων
κοὐδὲν ἀναύδατον φατίσαιμ' ἄν, εὖτέ γ' ἐξ ἀέλπτων
(corr. Lobeck; codd. φατίξαιμ')
—◡◡— | ⏓ | —◡◡—◡—◡—◡——.

XXXIII.

Aeolicorum versuum naturam non tam facile perspicere possumus. Neque apud ceteras Graecorum gentes integra servata, sed legibus et licentiis alienis, quae in hos versus transfusae sunt, obscurata est: arsi soluta, ut exemplum afferam, ratio, quae syllabas dinumerat,

deleta est. Anacreon autem glyconeos ita composuit, ut baseos licentiae extinguerentur. Una tantum proprietas semper vigebat: thesis bisyllaba numquam contracta est (in Graecorum quidem versibus; Catullus vero thesim bisyllabam phalaeceorum contractam praebet in carmine 55). Alia dactylorum Aeolicorum sors erat: in hexametro numquam arsis soluta est, sed thesis bisyllaba contrahi potuit. Baseos autem licentiae funditus fere repressae sunt (cf. Leo, plaut. Cantica p. 63: „Der epische Hexameter ist äolischen Ursprungs, denn er löst die Hebungen nicht auf; die Ionier haben ihn ausgestaltet, denn mit der Contraction der Senkungen ist das silbenzählende Princip aufgegeben. Er hatte ursprünglich die Basis, ...“). —

Appendices.

I.

De synaphia.

Responsionis licentiae supra memoratae docuisse mihi videntur mensuram *κατὰ μέτρον* Aeolicorum versuum naturae repugnare. Idem eo apparet, quod versus, qui vulgo catalectici vocantur, synaphia cum proximis interdum coniuncti sunt. Catalecticorum autem versuum in fine intervallum est, quod medio in verbo poni absurdum est. Paulo minus arte versus cohaerent, si elisio in versus fine extat, si encliticon in versus initio positum est, si versus verbo proclitico finitur, qualia sunt praepositio et articulus.

Dimetri catalectici gravitatem habent clausula choriambica et pherecrateus. Illa cum altera clausula cohaeret in Sapphonis frgm. 99 et 100:

ὄλβιε γαμβρέ, σοὶ μὲν δὴ γάμος, ὡς ἄρᾶο
ἐκτετέλεστ', ἔχῃς δὲ παρθένον, ἂν ἄρᾶο

et: μελλίχροος δ' ἐπ' ἱμερτῷ κέχυται προσώπῳ
—◡◡—◡—◡̄ | —◡◡—◡—◡̄.

Pind. paean. VI: 55—57 = 116—8:
πάντα κελαινεφεῖ σὺν
πατρὶ Μναμοσύνᾳ τε
[τοῦτον ἔσχετε τεθμόν]

quibus versibus respondent:
μήτ' ἐπὶ γῆρας ἰξέ- —◡◡— ◡ —◡̄
μεν βίου· ἀμφιπόλοις δὲ — ◡◡̄ —◡◡— ◡
[μοιριᾶν περὶ τιμᾶν] [— ◡ —◡◡— ◡].

Eur. Bacch. 72 sequ. = 88 sequ.
ὦ μάκαρ, ὅστις εὐδαί-
μων τελετὰς θεῶν εἰ-
δὼς βιοτὰν ἁγιστεύει

antistrophae versus sunt:
ὅν ποτ' ἔχουσ' ἐν ὠδί- —◡◡—◡——
νων λοχίαις ἀνάγκαι- —◡◡—◡——
σι πταμένας Διὸς βροντᾶς —◡◡—◡———

Eiusdem fabulae v. 105/6:
ὦ Σεμέλας τροφοὶ Θῆ-
βαι, στεφανοῦσθε κισσῷ

respondent v. 120/1:
ὦ θαλάμευμα Κουρή- —◡◡—◡——
των ζάθεοί τε Κρήτας —◡◡—◡——
(insequuntur duae clausulae hiatu secretae).

Aristoph. Pac. 785—7:
μήθ' ὑπάκουε μήτ' ἔλ- (codd. ὑπακούσῃς)
θῃς συνέριθος αὐτοῖς,
ἀλλὰ νόμιζε πάντας

= 806—8:
ἡνίκα τῶν τραγῳδῶν —◡◡—◡——
τὸν χορὸν εἶχον ἀδελ- —◡◡—◡——
φός τε καὶ αὐτός, ἄμφω —◡◡—◡—◡̄.

Neque hiatus neque synaphiae exempla praebent vesp. v. 534 sequ. = 639 sequ.; Aiolos. frgm. 10 (Kock); frgm. 695; Eupol. frgm. 163 (Kock). —

Pherecrateos synaphia coniunctos nisi Soph. Ai. v. 632/3 (= 643/4) video nullos:

θρηνήσει, χερόπληκτοι δ'
ἐν στέρνοισι πεσοῦνται

Pherecratei autem κατὰ στίχον compositi neque synaphia coniuncti neque hiatu seclusi sunt in Aesch. sept. v. 295—300 = 312—317. Duo pherecratei eodem modo compositi (quos priapeum hiatu secretum sequitur) inveniuntur in Suppl. v. 639 = 652; 663 = 674; 684 = 694; Agam. 381 = 399; 416 = 433; 452 = 471. Neque alia res est in Herculis v. 359—63; 389—93; 419—424; Bacch. 907—911 (tres vel quattuor pherecratei); Aristoph. Ran. 1258—60 (tres); Eupol. frgm. 162 (Kock); Pherecratis frgm. 79 (Kock). —

Reiziana denique κατὰ στίχον composita cum rarissima sunt, tum nusquam synaphia inter se coniuncta sunt; cf. Sapph. frgm. 51; Pind. paean. II v. 35/6 = 71/2 = 106/7; paean. VI v. 108/9; carm. popul. 41. —

Sapphicus hendecasyllabus, quem trimetri catalectici gravitatem habere nemo negat, cum insequenti versu (Adonio) synaphia cohaeret in strophae Sapphicae versu tertio. Ultima autem syllaba anceps est: frgm. I v. 11:

πύκνα δινεῦντες πτέρ' ἀπ' ὠράνω αἴθε||ρος διὰ μέσσω

frgm. II v. 3: ἰζάνει, καὶ πλασίον ἆδυ φωνεύ||σας ὑπακούει

— ∪ — ⏓ — ∪ ∪ — ∪ — ⏓ | — ∪ ∪ — ⏓

Ultimam hendecasyllabi syllabam brevem esse medio in verbo maxime interest ideo, quod hanc thesim esse inde apparet. Itaque versus nullo pacto trimetri acatalecti gravitatem habere potest. Quod si illa syllaba arsis esset, thesi suppressa metrum huius formae ∪ — — hendecasyllabi ultimum esse aliquis dicat. In fabularum autem carminibus uno loco leniore quadam synaphia cum proximo versu (pherecrateo) conexus est hendecasyllabus: Eur. Hippol. 563 (= 553): δεινὰ γὰρ πάντᾳ γ' ἐπιπνεῖ, μέλισσα δ' [οἵα τις πεπόταται]. Fortasse conferre licet Bac-

chylidis c. III v. 3: ὕμνει γλυκύδωρε Κλεοῖ, θοάς τ' Ὀ-
[λυμπιοδρόμους Ἱέρωνος ἵππους]
— — ∪∪ — ∪∪ — ∪ — ∪ [— ∪ — ∪ — ∪∪ — ∪ — —]
(cf. Wilamowitz, chor. Dim. p. 891). —

Hexameter denique epicus catalecticus videtur esse. Sed iam supra (c. XXXIII) dictum est versum Aeolicum eum esse. Ideo neque catalecticus neque acatalectus est. Synaphia autem cum proximo versu cohaeret in Graecorum litteris, nisi fallor, bis: Pseudo-Simonidis frgm. 131 Bergk:

Ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ', ἡνίκ' Ἀριστο-
γείτων Ἵππαρχον κτεῖνε καὶ Ἁρμόδιος

Callimachi frgm. XLI (Wilam.):

Ἥμισύ μευ ψυχῆς ἔτι τὸ πνέον, ἥμισυ δ' οὐκ οἶδ'
εἴτ' Ἔρος εἴτ' Ἀίδης ἥρπασε, πλὴν ἀφανές.

Utroque loco proximus versus pentameter est. In hexametris autem κατὰ στίχον conformatis exempla video nulla. Haec synaphia in Latinorum litteris tritissima est[1]). —

Ultima syllaba si arsis est, longa esse debet, ut in trimetro iambico (acatalecto!) imprimis Sophoclis[2]). Neque

---

1) Catulli 64, 289; 115, 5 (-quẹ). — Lucreti V 849(deberẹ). — Vergili (cf. Quicherat, Rev. de phil. 14 p. 51): georg. I 295 (umorẹṃ) II 69 (horridạ) III 449 (sulphurạ) aen. VII 160 (Latinoruṃ); georg. II 344, 443; III 242, 377; aen. I 332, 448, II 745; IV 558, 629; V 422, 753; VI 602; VII 470; VIII 228; IX 656; X 781, 895; XI 608 (-quẹ)

Horati (cf. Vollmer, editionis append. metr.) serm. I 4, 96 (amicoquẹ) I 6. 102 (peregrevẹ), I 9. 51 (uni | cuique) I 2. 62 (inter | est) II 3. 117 (unde | octoginta) II 3. 179 (iure | iurando), epist. II 2. 93 (circum | spectemus), II 2, 188 (unum | quodque), II 3. 290 (unum | quemque) art. poet. 424 (inter | noscere), cf. serm. I 6. 58 (circum | . . . . . . vectari).

Properti V 2. 3 (inter | proelia). — Ovidi met. IV 11, 780. VI 507 (-quẹ). — Val. Flacc. arg. IV 293 (-quẹ).

2) cf. Taccone in: Memorie della Reale Accademia di Torino 1904 p. 36: Oed. R. 332: τί ταῦτ' Oed. Col. 1164: μολόντ' Ant. 1031, El. 1017, Oed. R. 29, 785, 791, 1224, Oed. Col. 17: δ' Oed. R. 1184 τ' (cf. Kaibel, El. p. 182). Arist. Ran. 298 μ' Av. 1716 δ' Eccl. 351 δ'. (Fortasse δ' τ' μ' in initio proximi versus ponenda sunt, quam ra-

enim syllaba anceps hic locum habet (cf. Bergk, comm. de rel. com. att. p. 296: „Ubi duo versus continuantur, vocabulo in duos partes discerpto, nullum syllabae ancipiti locum esse arbitror“), quantum quidem ad versus elisione cohaerentes attinet. Vocabulis autem encliticis in initio trimetri positis vel procliticis in fine tam laxa fit cohaesio versuum, ut syllaba anceps, quin etiam hiatus[1]) inveniatur. Paulum igitur distat inter varios synaphiae modos: Artissime versus cohaerent vocabulo in duas partes discerpto. Paulo laxius elisio versus coniungit. Lenissima denique versuum cohaesio, quae encliticis vel procliticis fit, interdum neglegitur. —

Sed synaphiae exemplorum satis superque est: hexametrum dactylicum versum catalecticum non esse apparet. Quaeritur vero, qualis versus sit: Aeolicum esse baseos reliquiae (cf. Schulze, quaest. epic. p. 374 sequ.) demonstrant. Nihilo magis hexameter duobus colis compositis ortus videtur esse. Sed dactylicum quoddam colon vetustissimum ita amplificatum est, ut ille versus epicus fieret. Quo autem loco syllabae insertae essent, poetae ipsi ostendere non potuerunt. Neque cuius formae illud vetustissimum colon fuerit, cognoscere possumus, quia antiquissimae poesis reliquiae minimae sunt.

Praesto autem sunt in poesi Lesbia et hexameter ipse:

---

tionem in Menandri (circumt. 160/1 · δ') et Corinnae (64, 77, 82 : τ') papyris invenimus. Quae si ita sunt, illa exemplis encliticorum in initio versus positorum inserenda sunt. —

1) Aesch. Eum. 238: πρὸς | ἄλλοισιν. — Soph. Oed. R. 1085: ἔτι | ποτ' [Ant. 409 τὸν | νέκυν; Phil. 263 οἱ δισσοί] Phil. 626: ἐπὶ ναῦν 747 παρὰ χεροῖν (Conferre liceat Phil. v. 184: στικτῶν ἢ λασίων μετὰ | θηρῶν in glyconeis) [Arist. Eccl. 452 τὸν | δῆμον] Ludibrii causa in Arist. Thesm. 386 scriptum est: ὑπὸ | Εὐριπίδου (hiatus et syllaba anceps) et in Eupol. Βαπτ. frgm. 73 (Kock): προ | βούλευμα. In Menandri denique fragmentis ἐστι encliticon interdum in intio versus scriptum hiatus et syllabae ancipitis exempla praebet: ἐπιτρ. v. 3 τινί | ἐστι 173 τις | εστι 229 τουτονί | ἐστι 236 λόγον | ἐστι (cf. Oxyrh. pap. VI pag. 153: v. 23: τὸ in fine versus). —

⏓ ⏒ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒ Sapph. 30/1

et cola dactylica minora:

⏓ ⏒ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒ Sapph. 38/9

⏓ ⏒ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒ Sapph. 43; 98

(⏓ ⏒ – ⏑⏑ – ⏒ pherecrateus). —

Item neque Sapphicus hendecasyllabus trimeter catalecticus neque pherecrateus dimeter eiusmodi est, ut metra eorum separari possint. Gravitatem vero dimetri vel trimetri illi versus habent. Itaque responsio glyconei et dimetri iambici acatalecti, qua Pindarus usus est, absurda non est. Aeolici autem versus, quorum natura a mensura κατὰ μέτρον abhorret, cum a ceteris Graecorum gentibus recepti essent, cum illarum versibus propriis conferebantur. Illorum versuum magnum numerum dimetri trimetri tetrametri acatalecti vel catalectici gravitatem habere mox perspicuum erat. Inde Aeolicorum quoque versuum eos, qui dimetro vel trimetro catalectico aequales sunt, cum proximis synaphia coniungebantur rarissime. —

Quod in fine Anacreontis strophae, quae ex glyconeis constat, esse catalexim diximus, nihil aliud eo significatur, nisi ultimum versum una syllaba breviorem esse quam ceteros. Nam non solum versus, qui dimetri gravitatem habent, versu una syllaba breviore finiuntur, sed etiam alii [1]), ut glyconei ἀκέφαλοι qui vocantur (vel telesilleia), quorum clausula reizianum [2]) est:

Soph. Oed. R. 467 sequ. = 477 sequ.;

---

1) Cf. Eur. Herc. 1199—1201: – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑
– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑
– ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏒

2) Reiziana cum glyconeis cohaerent in Pind. O. IX str. 3, 4, 5, 7 (pherecrateos κατὰ στίχον compositos non esse docet v. 6: dimeter choriambicus et reizianum); Nem. II 3/4; Parthen. 104 d strophae in versu ultimo, epodi in v. 2/3, 4/5. —

Arist. Pac. 856 sequ. = 910 sequ.
860 sequ. = 914 sequ.
1329 sequ.
Av. 1731 sequ. = 1737 sequ.
Ran. 451 sequ. = 457 sequ.
Eccl. 289 sequ. = 300 sequ.

Tres clausulas choriambicas sequitur colon „edite regibus“ in Eupol. frgm. 163 (Kock):

ὃς χαρίτων μὲν ὄζει,
καλλαβίδας δὲ βαίνει,
σησαμίδας δὲ χέζει,
μῆλα δὲ χρέμπτεται. —

Contrarium ii versus praebent, quorum clausula una syllaba longior est (cf. Wilamowitz, Hippol. p. 190; Herc. II² p. 147):

Aesch. Agam. 1448 sequ. (= 1468 sequ.):

φεῦ, τίς ἂν ἐν τάχει, — ∪∪ — ∪ —
μὴ περιώδυνος — ∪∪ — ∪ —
μηδὲ δεμνιοτήρης — ∪ — ∪∪ — — .

Soph. Oed. Col. 1556 sequ. (= 1568 sequ.):

εἴ θέμις ἐστί μοι — ∪∪ — ∪ —
τὰν ἀφανῆ θεόν — ∪∪ — ∪ —
καὶ σὲ λιταῖς σεβίζειν — ∪∪ — ∪ — — .

Idem versus in Aesch. Suppl. 656 sequ. = 667 sequ.; 678 sequ. = 688 sequ. scripti sunt.

Cf. Eur. Alc. 120/1 (= 130/1):

οὐκ ἔχω ἐπὶ τίνα — ∪∪∪∪ ∪ ⏓ (hiat. et syll. anc.)
μηλοθύταν πορευθῶ — ∪∪ — ∪ — —

245 (= 249):

οὐράνιαί τε δῖ- — ∪∪ — ∪ — } synaphia
ναι νεφέλας δρομαίου — ∪∪ — ∪ — —

971 (= 981):

φάρμακα πολυπόνοις —∪∪∪∪∪—
ἀντιτεμὼν βροτοῖσιν —∪∪—∪——.

Pind. O. I epodi versus ultimi:

δεδαιδαλμένοι ∪——∪—
ψεύδεσι ποικίλοις —∪∪—∪—
ἐξαπατῶντι μῦθοι —∪∪—∪——.

Soph. „Achaeerversammlung“ (Berl. Klass. Texte V 2):

ναύταν σύν τινι δὴ θεῶν ———∪∪—∪—
καὶ πεμπτῆρ' ἀλίων ἐρετμῶν ———∪∪—∪——

(cf. Antig. 104/5 = 121/2).

Eur. Hippol. 67:

ναίεις εὐπατέρειαν αὐ- ———∪∪—∪—
λάν, Ζηνὸς πολύχρυσον οἶκον ———∪∪—∪—∪

Eur. Cresph. 453 (Nauck): cf. pag. 4.

Eur. Alc. 991 sequ. (= 1002 sequ.):

φίλα μὲν ὅτ' ἦν μεθ' ἡμῶν, ∪̄—∪∪—∪——
φίλα δ' ἔτι καὶ θανοῦσα, ∪̄—∪∪—∪—∪̄
γενναιοτάταν δὲ πασᾶν ——∪∪—∪——
ἐζεύξω κλισίαις ἄκοιτιν ———∪∪—∪—∪̄.

(In Aesch. Pers. v. (107 =) 113 correxit Heimsoeth λεωπόροις pro λαοπόροις, ut versus fieret una syllaba lonior, quam dimeter ionicus ἀνακλώμενος: ∪∪—∪—∪—∪— (antecedunt dimetri ionici puri). Sed codices optimum versum praebent:

∪∪—∪∪—∪—∪—

(cf. v. 103: ∪∪—∪∪——∪∪——).) —

Aeolicos versus metris metiri nemini iam probabitur collata hac versuum serie:

—∪∪—∪̄ versus Adonius (Sapphonis frgm. 63)
—∪∪—∪— „edite regibus“ (Aesch. Ag. 1448 p. 86)
—∪∪—∪—∪̄ clausula choriambica (p. 80/1)
—∪∪—∪—∪— glyconeus primus q. v.
—∪∪—∪—∪—∪̄ Soph. Ai. 701 (= 714): νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει
—∪∪—∪—∪—∪— Pind. paean. VI ep. 1. — [χορεῦσαι

⏒ — ⏑⏑ — ⏒ reizianum
⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — telesilleion
⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏒ enoplios
⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — Aesch. Suppl. 58 = 64; Pind. paen. IX
⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏒ Sapph. 53 [v. 10 = 40
⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — Bacchyl. XVII (XVIII) str. 12.

— ⏒ — ⏑⏑ — „Maeceras atavis“
— ⏒ — ⏑⏑ — ⏒ pherecrateus
— ⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — glyconeus
— ⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏒ Aesch. Ag. 1488 = 1512; Eur. Hipp. 67 (p. 87)
— ⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — nicarcheum; Bacch. XVIII (XIX) str. 18
— ⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏒ phalaeceum
— ⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — Eur. Ion. 122 = 138 (p. 18)
— ⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏒ Eur. Troad. 518 = 538 (p. 18).

⏒ — ⏑ — ⏑⏑ — dimeter choriambicus ἀκέφαλος
⏒ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏒ enoplios
⏒ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — Pind. N. IV 1 (c. XXXII)
⏒ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏒ Soph. Oed. Col. 513 = 524 (c. XXXII)
⏒ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — Rhes. (25 =) 43: διπετῆ δὲ νεῶν πυρ-
⏒ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏒ Sapphon. 58 et 59. [σοῖς σταθμά

— ⏑ — ⏒ — ⏑⏑ — dimeter choriambicus
— ⏑ — ⏒ — ⏑⏑ — ⏒ Soph. Ai. 182 (= 193) μαχαναῖς ἐτίσατο λώβαν
— ⏑ — ⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — Eur. Med. (649 =) 660: μὴ φίλους τιμᾶν κα-
— ⏑ — ⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏒ Sapphicus hendecasyllabus [θαρᾶν ἀνοί-

⏒ — ⏑ — ⏒ — ⏑⏑ — Eur. Alc. 572 = 583
⏒ — ⏑ — ⏒ — ⏑⏑ — ⏒ Pind. P. XI ep. 6
⏒ — ⏑ — ⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — Alcaicus hendecasyllabus
⏒ — ⏑ — ⏒ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏒ Alcaei frgm. 55: θέλω τι ϝειπῆν, ἀλλά με κωλύει.

II.

De aequabilitate carminis periodorum.

Aristophanis Ran. versibus 1309—1328 (c. XXVIII) et Sophoclis Trach. v. 1004—1043 (c. XXIX) et Aeschyli

Choeph. v. 306 – 371 et 372—422 (c. XXIX) internae carminum structurae formam

a b a c b c

nos demonstravisse putamus, quam intortissimam esse nemo negabit. Aliae autem, quas addere liceat, multo simpliciores sunt ut:

1) a a b b c d

Eur. Bacch. v. 402 sequ. = 417 sequ. (a = priapeum; b = 2 glyc. phercr.; c = 412/3 = 427/8; d = 414/6 = 429/31). —

2) a b b a c

Eur. Iph. Aul. 573—589, (a = 2 glyc. pherec. vel dim. chor. ἀκέφ.; b = 2 glyc. reiz.; c = 585—589).

3) a a b c

Soph. Oed. R. 463 sequ. = 473 sequ. (a = dim. chor.; dim. iamb. catal.; b = 2 telesill. reiz.; c = 4 anap. reiz. ithyph.)

Eur. Troad. 1060 sequ. = 1071 sequ. (a = 2 glyc. pher.; b = 1066/8 = 1077/9; c = 1069/70 = 1080/1; cf. Wilamowitz, comment. metr. I p. 24). —

cf. Horati asclepiadeum tertium (a = asclepiad. mai. b = pher. c = glyc.). —

4) a b b c

Soph. Oed. R. 883 sequ. = 897 sequ. (a = 883/4 = 897/8; b = enopl.; dim. troch. catal.; c = 889/96 = 903/10; cf. Wilamowitz, Herm. 34). —

Eur. Med. 846 sequ. = 856 sequ. (a = 846/8 = 856/8; b = 2 enopl. glyc. ἀκέφ.; c = 855 = 865 (adonius). —

5) a b c c

Eur. Iph. Taur. 1089 sequ. = 1106 sequ. (cf. p. 6). —

6) a b c b

Soph. El. 1058 sequ. = 1070 sequ.

(a: ⏑–⏑– | –⏑⏑– | ⏑–⏑– trim. iamb.

b: –⏑⏑– | ⏑–⏑– ter et –⏑⏑–⏑⏑–⏑–⏓ alcaicus decasyllabus; c = 2 glyc. pherecr. (trim. iamb. cohaeret συναφείᾳ cum proximo versu). —

Eur. El. 112 sequ. = 127 sequ. (si verba: „σύντειν' ὥρα . . . . ἰώ μοί μοι“ et strophae et antistrophae praeposita omisimus cf. pag. 15).

Cf. Arist. Thesm. v. 1136—1159, quorum forma haec videtur esse: a b c b d. —

7) a b a c. (cf. p. 16).

Eur. Heracl. 748 sequ. = 759 sequ. (a = 2 glyc. pherecr.; b = — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ⏓ et 2 glyc. et reiz.; c = phalaeceum). —

Eur. Andr. 501 sequ. = 523 sequ. (a = 2 glyc. pher. b = priapeum; c = 4 glyc. pher.).

8) a b a b a b a b

Arist. Equ. 1111—1150; (a = 3 telesill. reiz.; b = 5 telesill. reiz.).

9) a a a b

Eur. Bacch. 902 – 911 (a = — — — ∪ ∪ — ∪ — — et dim. troch.; b = 3 pherecr. priapeum). —

Eur. Phaeth. frgm. 773 (Nauck), (a = 2 dim. chor., quorum prior ἀκέφαλος est; b = dim. chor. ἀκέφ. vel glyc. ἀκέφ. et pherecr.).

Cf. Horati asclepiadeum alterum (a = asclepiad. mai.; b = glycon.). —

10) a b b a

Aesch. Choeph. 423—455 (str. I str. II ant. II ant. I; cf. c. XXIX).

11) a b a

Quam formam supra pag. 14 in Eur. El. v. 112—139 et 140—166 invenimus: str. mes. ant. —

Eiusdem autem modi conformatio interna videtur esse in Eur. Hec. 444 sequ. = 455 sequ. (a = pherecr. vel telesill. glycon. phalaeceum; b = 3 glycon. claus. chor. — Pherecrateum et telesilleion eiusdem gravitatis esse nemo negabit, si utrumque versum dimetro choriambico ἀκεφάλῳ respondere viderit in Eur. El. 169 = 192 et Iph. Aul. 1044 = 1066 (cf. c. XXII). Sed in prima periodo pherecrateum ab insequenti glyconeo

hiatu seclusum, tertiae autem periodi telesilleion cum proximo versu συναφείᾳ coniunctum esse offendit. —

12) a b b

Eur. Or. 831—843 (a = 2 glyc. phalaec.; b = 4 dim. chor. et pherecr. vel claus. chor.).

13) a a b

epodicae quae vocatur compositionis (stropha, antistropha, epodus) forma est, quam pleraque Pindari et Bacchylidis carmina, poesis scenicae nonnulla praebent. Neque in interna carminum conformatione rara est: Eur. Bacch. 72 sequ. = 88 sequ. (a = — ◡◡ — ◡ — — bis et — ◡◡ — ◡ — — —; b: ionici). Arist. Ran. 1251—1260: (a = 2 glyc. pher.; b = glyc. 3 pher.). Fortasse hoc in numero habendi sunt Arist. Pac. v. 856 sequ. = 909 sequ. (a = 2 glyc. pher. tetr. iamb. catal.; b = tetr. iamb. catal. 4 dim. iamb. 2 dim. iamb. — Difficilior compositio esset: a b a b b c). —

Eiusdem autem formae strophae Aeolicae sunt hae: Alcaei frgm. 15 (Bergk) (cf. Wilamowitz, Herc. II^2 p. 83) (a = glycon.; b = metrum iambicum), cuius strophae versus synaphia comprehenduntur, ut stropha trium colorum periodos sit una. (Neque aliter res se habet in Sapphonis papyri Berolinensis stropha II[1]) (Berl. Klass. Texte V 2) et Anacreontis[2]) strophis ex (3, 4, 5) glyconeis compositis). Eiusdem formae (a a b) altera stropha Aeolica Sapphonis papyri Berolinensis prior est (a = glyc. b = — ◡̄ — ◡◡ — ◡◡ — ◡ ⏓), cuius versus hiatu seiuncti sunt. Idem tristichon est Sapphonis stropha tritissima (primus hoc dixit Otto Crusius, comm. Ribbeck. 1888) (a = sapph. hendec.

---

1) Cuius forma est: a b b b c (cf. Friedlaender, Herm. 1909 p. 345); a = creticus; b = glycon.; c = metrum iambicum catalecticum —

2) Ut Catulli c. XXXIV. Carmen LXI vero ex 3 glyconeis et priapeo constat, quas periodos syllaba anceps secernit (cf. v. 119, 149, 154, 159, 164, 174, 184, 219). —

b = sapph. hendec. adon.). Hiatus v. 1 et 2 (frgm. I str. 6), v. 2 et 3 secludit (fragm. I str. 2; 4; 6). Ultimus versus ex Sapphico hendecasyllabo et adonio synaphia coniunctis constat (cf. fr. I str. 3; II str. 1; 3; XIX; XX). Notatu dignum est vocabulum δ' in compage versuum 1 et 2 scriptum (frgm. II str. 3), quod verbo anteeunti quodam modo adhaeret, cum sequenti autem elisione coniunctum est. Hoc in initio alterius versus ponendum esse docent Menandri et Corinnae papyri (cf. pag. 83 ann. 2). — Catulli stropha Sapphica (c. XI, LI) aliter composita videtur esse: hiatus enim nullius versus in fine invenitur. Synaphia autem cohaerent adonius cum proximo versu in c. XI str. 3 (ulti | mosque) et str. 5 (omnium | ilia), tertius versus cum altero in c. XI str. 6 (prati | ultimi). Catullus igitur totam stropham unam periodum esse voluit, illorum sane temporum rem metricam secutus. — Qui plurima huius strophae exempla praebet, Horatius sibi non constat in stropha componenda (cf. Lehrs, edit. 1869 introd.; Vollmer, ed. 1907 append.): adonius modo hiatu seclusus est (in primo tantum libro) modo synaphia[1]) cohaeret cum proximo versu. Quin etiam in eodem carmine haec ratio invenitur: I 2: v. 47 hiatus, v. 19 synaphia (u | xoris). Neque aliter res se habet inter v. 2 et 3: c. II 2: v. 6 hiatus, v. 18 „beatorum". Eadem inconstantia in syst. ascl. tertio et quarto Horatius usus est: In illo asclepiadeus alter ab insequenti pherecrateo hiatu (cf. III 7 v. 30/1: tibiae | et) et syllaba ancipiti secretus est, ut in carminis I 21 v. 10: „Apollinis | insignemque". Sed eiusdem carminis v. 14/5: „in | Persas" cohaerent lenissima quidem synaphia. Graviorem autem inconstantiam systema ascle-

---

1) Artissima synaphia (cf. pag. 84), quae vocabulo in duas partes discerpto fit, nisi ante adoneum invenitur nusquam: I 2. 19: u | xoris I 25. 11: inter | lunia II 16. 7: ve | nale III 27, 59: e | lidere (cf. IV 2. 23: -que c. saec. 47: -que III 8. 3: in | caespite IV 6. 11: in | pulvere). In primi versus fine synaphia est nusqnam, in alterius elisio tantum (II 2. 18; II 16. 34; III 27. 10; IV 2. 22). —

piadeum quartum praebet in carmine IV 1: glyconeus cum proximo versu synaphia coniunctus est in v. 35/6: „decoro | inter". Eiusdem autem carminis versus 27/8: „candido | in" hiatus secludit (cf. III 19. 3/4; 24. 11/12; 61/62). — Statii denique silv. carm. IV 7 neque hiatus ante adoneum strophae Sapphicae neque synaphiae exhibet exemplum. — Alcaica quoque stropha tristichon est (cf. H. L. Ahrens, Phil. 1868) formae a a b. Atque consimilis est alteri papyri Berolinensis strophae (cf. pag. 91): uterque versus prior unam, tertius duas theses bisyllabas exhibet (cf. Friedlaender, Herm. 1909 p. 333 annot.). Tertii autem versus cola synaphia conexa (Sapph. 28: ὄππατ' | ἀλλ') neque unquam hiatu seiuncta sunt. Hendecasyllaborum autem syllabae ultimae (arseos) ancipitas versuum fines indicat: in priore Alcaei fr. 18 str. 2 (et scol. 15), in posteriore Sapph. frgm. 28 et Alc. fr. 19. Praeterea in alterius hendecasyllabi fine hiatus est in scol. 15 (Alc. fr. 35?). — Horati stropha Alcaica (cf. L. J. Richardson, Univ. of Calif. Public. class. phil. vol. I) eadem illa inconstantia conformata est, qua in Sapphica usus est: hiatus Alcaicos enneasyllabum et decasyllabum secernit in carminum I 16 v. 27; 37 v. 11; II 9 v. 3; 13 v. 7 et 11; 14 v. 3; 19 v. 31; III 5 v. 11. Synaphia autem eosdem (nunquam ceteros) versus coniungit: II 3. 27: aeternum III 26. 7: -que III 29. 35: Etruscum (cf. I 35. 39: in | Massagetas). Neque igitur idem carmen inter enneasyllabum et decasyllabum praebet unquam et hiatum et synaphiam. — Statii silv. c. IV 5 synaphiae illorum versuum exemplum praebet nullum. Hiatus autem in v. 55/6: supra | Hernica est. Ita stropha Alcaica tetrastichon fit. —

Index locorum responsionis causa memorabilium.

Argumentum.

Errata.

Pag. 6, 23 lege: 1116: — — — — — ∪ ∪ —

„ 6, 24 „ 1100 : 1117: — — — — ∪ ∪ —

„ 11, 2 „ enumerabo.

„ 31, 19 „ diiudicat

„ 33, 11 „ Aiacis 704 : 716

„ 48, 24 „ Aiacis v. 1190 = 1197

„ 51, 27 „ ὦ πταναὶ

Vita.

Gustavus Behrens natus sum in Rhenanorum oppido, cui nomen est Birkenfeld, a. d. XV. Kal. Nov. a. 1884 patre Augusto matre Emma de gente Seibert. Fidei addictus sum evangelicae. Postquam per novem annos gymnasii Bircofeldensis discipulus fui, maturitatis testimonio instructus universitates literarum Marpurgensem (per duo semestria) Bononiensem Berolinensem (utramque per sex menses) Gottingensem (inde a vere anni 1904) frequentavi, non sine intermissionibus propter valetudinis imbecillitatem factis. Docuerunt me viri doctissimi cum alii tum hi: Birt Maass de Sybel Marpurgenses, Buecheler † Brinkmann Elter Loeschcke Bononienses, Diels Kossinna Kekulé de Stradonitz Rothstein Vahlen de Wilamowitz-Moellendorff Berolinenses, G. Koerte Leo Pfuhl Pohlenz Schwartz Wackernagel Wendland Gottingenses, quibus omnibus debitam gratiam habeo, imprimis autem Gottingensibus.
